

pariat vnum conceptum, ita vt vnitatis rei sit causa vnitatis conceptus; non cōsequitur, vt ille conceptus repräsentet prius suam causam, quām perfectionem diuinam; siquidem est proprius conceptus diuinę perfectionis: neque consequitur quod simūl repräsentet diuinā perfectionem, & causam conceptus illius, vt liquet. Ergo ex distinctione rerum nullū deponit argumentum quo probetur diuina attributa non posse intelligi sine rebus creatis. Verum est quod in rebus creatis vnitas conceptus nostri est definita vnitate reali rei cognitae, quia conceptus & res sunt adæquata: quare multitudo conceptuum sumitur à multitudine rerum cognitarum, & ab obiecto specificante. Sed per hoc non conuincitur quod attributum diuinum non possit cognosci sine cognitione creature. Imò argumentū hoc vtitur quatuor terminis, & nulla est consequentia.

Ex his tamen colligitur quod si nullae creature essent possibles, nullum esset attributum; quia attributum sit, hoc est, attribuitur operatione intellectus creati, vt dicemus, qui si non esset possibilis, nullum esset attributum.

*Confirmatio.*

7.  
S. Thom.  
Alex. Alex.  
Capreol.  
Scot.  
Ægyd.  
D. Thom.

**I**sthæc sententia consentanea est doctrinæ S. Thomæ locis commemoratis, & Alexandr. Alens. I.p. q.52. membro 3. Ioannis Capreol. d. 8. q.4. ad 18. Ioannis Scoti argumentum, Ægyd. d. 2. q.3. art. 3. nec non etiam S. Thomæ in I. d. 22. q. 1. art. 3. ad 3.

**CAP V T XXXVI.**

*In intellectione diuina quia Deus se intelligit, non distinguuntur etiam ratione, attributa.*

**Q**uestionem hanc nō inutiliter nos suscipere arbitramur, vt aliquotū falsam existimationē remoueamus, qui sibi persuadent quod, vt hæc veritas firma æternaque sit, Deus intellectu intelligit, & nō voluntate, opus sit distinctione rationis inter intellectum, & voluntatem, quæ distinctione æterna etiam sit. Cum autem distinctione rationis opus sit rationis, pergit ad investigandum, an ratio ipsa diuina, seu intellectus diuinus

A sit satis, vt distinguat attributa, vt ante omnem intellectum creatum vera sint ea, quæ de Deo enunciamus; quia non esse vera inquiunt, nisi diuinus intellectus ab æternitate illa distingueret.

Prima pars. *Intellectus diuinus non distinguuit attributa essentiæ diuinæ intuitu.*

Secunda pars. *Enunciationes de diuinis attributis veræ, sunt etiam perpetua veritatis.*

**P A R S P R I M A.**

B *Intellectus diuinus non distinguuit attributa essentiæ diuinæ intuitu.*

**H**enricus quodlib. 5. q. 1. affirmat diuinum intellectum distinguere diuina attributa contemplatione diuinæ essentiæ, non quatenus diuina essentia est simplex veritas, sed quasi reflexa cognitione penitus rimando quid sit hec simplex veritas, quæ formaliter est sapientia, & bonitas. Durandus etiam d. 2. q. 3. videtur consentire, dummodò non distinguantur ea attributa, nisi ordine ad res creatas distinctas. At verò S. Thom.

*Henricus.*

C i. p. q. 13. art. 4. circa solutionem tertij argumenti adnuit, beatos quidem speculantes diuinam essentiam, distinguere attributa, quæ intellectu diuino comprehendente non distinguuntur.

*Durand.*

Verum in ea questione illud imprimis dicendum, quod Deus infinita sua scientia intelligit quicquid intelligibile est; neque ea sola cogitat quæ vera sunt, sed omnia quæ cogitatione possunt fingi etiā falsa & impossibilia; quæ etiam verissimè intelligit, quod falsa & impossibilia sunt; omnia autem ea intelligit simplicissima cognitione: & quia comprehendit etiam intellectum creatum, ea etiā quæ in eo sunt vel esse possunt, comprehendit. Nullum ergo dubium quin Deus compleat eam distinctionem attributorum suorum, quam nos mente nostra meditamur, cui cognitæ sūt cogitationes nostræ.

*Ostenditur à Deo cognoscere ab æterno distinguitur. Etionē quæ intellectus creatus facit, vel facere potest.*

Sed tamen quia attributorum distinctione est quædam relatio rationis, querimus an ea relatio consequatur diuinam cognitionem ita, vt ex Dei cognitione se ipsum contemplantis diuina attributa inter se distinguantur? Tuemur autem partem negantem, scilicet, quod cognitione diuina æterna non est causa distinctionis rationis

*Conclusio. Cognitione Dei non causat distinctione rationis*

tionis inter at  
tributa, seu re-  
lationē ratio-  
nis.

**4.** **Ostenditur I.** Hoc autem ostenditur primò de intentionibus logicis. Quod enim homo sit species, relatio quædam rationis est; cuius relationis fundamentum est natura præcisa cogitatione à singularibus conceptu quodam communī, quo natura apprehenditur, singularia verò non apprehenduntur; & is conceptus est distinctus à conceptu singularium.

**Natura cognitæ** per concep-  
tum distinctū est fundamentum huius relationis ratio-  
nē, quæ dicitur intētio speciei. Cum ergo Deus non habeat conceptus plures, vt alter sit subiectum, alter prædicatum, alter conceptus communis confusus, alter singularis distinctus; res cognitæ à Deo ut sic etiam cognitæ, non sunt fundamenta intentionum istarum. Itaque cognoscit Deus has intētiones, sed cognoscit eas fundari in rebus, prout sunt à nobis cognitæ; sicut relationes creatas cognoscit fundari in rebus creatis.

**5.** **Hoc ergo idem est,** quod de attributis asserimus: nam eam distinctionem rationis ab æterno Deus contemplatur; sed cognoscit simul eam distinctionem rationis, quæ est rationis relatio, fundari in essentia sua prout à nobis cognoscitur in essentia pluribus conceptibus distinctis; indè enim proficiscitur, vt distincta attributa sint, quia distinctis conceptibus à nobis apprehenduntur. Ergo ea rationis distinctione, & relatio, non fundatur in essentia prout est à Deo cognita uno conceptu, à

**Distinctio rationis inter at-  
tributa funda-  
tur in essentia  
prout à nobis  
cognoscitur  
pluribus con-  
ceptib⁹ distin-  
ctis.**

**Ab uno con-  
ceptu non po-  
test res cogni-  
ta dici distin-  
cta.**

**Visio beatorū  
non causat dis-  
tinctionem ra-  
tionis.**

**6.** **Nulla notitia** rei simplicis quidditatua potest multiplicari. Nam si quidditatiua est, nihil relinquit quidditatis, quod notitia diuersa representetur. Notitia etiam intuitiva rei simplicis, multiplicari nō potest; quia cum intuitus percipiat rem vt est, si illa simplex est, nullam sui partem relinquit

A repræsentandam diuersa notitia: nō ergo visio beatorum secari potest in plures notitias, quibus distincta attributa occurrant.

**B** Aduertendum tamen est Deum Optimum intelligere attributa distinctè in sua essentia, quia in sua essentia intuetur intellectum nostrum distinguenter attributa, in quo nostro intellectu illa distinctè sunt cognita, & Deus cognoscit distinctè cognita; & hoc modo dicitur cognoscere illa distinctè prout in nostro intellectu sunt. Quod etiam beatissimis Similitè beatitudine concedi, vt in essentia diuina intueantur intellectum creatum theologizantem, & distinguenter attributa. Quod si connaturale est intellectui videti diuinam essentiam, vt se ipsum intueatur in illa, consequens est, vt in se ipso per conceptus varios speculante attributa, intueatur distinctè illa. Rechè ergo censuit Ioannes Capreol. d. 8. q. 4. art. 3. Deum non distinguere per scientiam suā diuina attributa, sed benè intelligere ipsa distincta in intellectu creato.

**C** Sunt qui cōtendant attributa formaliter esse distincta ab æterno, siquidem veritates æternæ sunt Deum esse prædictum intellectu, & intellectu intelligere non volūtate. Et hoc iterum alij suadēt, quia entia rationis hoc ipso sunt quod cognoscuntur; distinctio ergo attributorum, quæ est relatio rationis, hoc ipso quod non ignoratur, sed scitur à Deo æterna sciētia, æterna est; & ea distinctione sunt ab æterno attributa distincta formaliter. Hi verò accipiunt attributa nō pro rebus ipsis, quas Scotistæ credidere esse formaliter distinctas: sed prout distinguuntur rationibus formalibus; & eā distinctionem rationis aiunt fuisse ab æterno. De æternis enunciatis disputabimus parte secunda capit. & liquebit non esse necessariam attributorū distinctionem per intellectum diuinum, vt ea enunciata sint æterna; sunt enim potius enunciabilia ab æterno, quam enunciata, cum enunciare sit intellectus nostri.

**D** Circa aliud argumentum quidam negant ens rationis fieri ab intellectu diuino, quia cum sit ens fictum, videtur esse indecorum, id ens, quod verè non est, esse in diuino intellectu. Sed haec ratio parum nobis persuadet, quoniam cum esse in intellectu sit cognosci, nihil hoc indicat imperfectionis in intelligentie, quantum-

**7.** Deus videt in essentia diuina intellectū creatū distinctem attri- buta.

Similitè beatitudini salte propriū intellectum.

**Capreol.**

**8.** **Prima obiect.**

**Secunda.**

**Ad 1. obiect.** Deus intellectu intelligit, & non voluntate, aliaq; huiusmodi sunt enunciabilia ab æterno, potius quam enunciata.

**Ad 2. obiect.** Respsio quo- esse in diuino intellectu. Sed haec ratio ruram. Rejicitur.

Vera respon-  
sio.

Entia rationis  
non sunt à  
Deo, quia con-  
sequuntur mo-  
dum intelligē  
di imperfectū.

Non sunt actu  
ab aeterno, sed  
possibilia.

10.  
3. obiectio  
Durandi.

Futilis osten-  
ditur primō.

Secundō.

Intellectus di-  
uinus distin-  
guit personas,  
hoc est, intel-  
ligit esse distin-  
ctas,

11.  
S. Bernard.  
tradit nostrā  
conclusiōem  
& insuper ra-  
tione illius.

quantumvis sit id quod cognoscitur im-  
perfectum. Hęc autem entia rationis  
negamus oriri ab intellectu diuino, eo  
quod consequantur modum intelligen-  
ti imperfectum, quem actu consequun-  
tur cum intelliguntur consequi: & quia  
dum intelligē non consequuntur diuinę intellecciónis  
modum; etiāsi Deus cognoscat hęc en-  
tia ut consequuntur nostram intellectio-  
nem, non ideo ab aeterno sunt; quia non  
ab aeterno, sed intelliguntur ut consequentia cognitio-  
nem diuinam, sed ut possibilia quae pos-  
sunt consequi intellectum creatum pos-  
sibilem. Non ergo ab aeterno sunt.

Hinc etiam colligitur quām sit futile  
argumentum illud à Durando inuentū,  
Diuinus intellectus distinguit ab aeterno  
personas, quae sunt magis distinctæ; ergo  
distinguit attributa quae sunt minus dis-  
tincta. Argumenti enim forma est à ma-  
iori ad minus affirmantè; at verò distin-  
guere attributa non est perfectioris in-  
tellectus, sed magis imperfeci. Præter-  
ea, ex quo claudat argumentū, nam  
intellectus diuinus distinguit personas,  
hoc est, intelligit esse distinctas, ut re ve-  
ra sunt: attributa verò non sunt re ipsa  
distincta, neque intelliguntur verè esse  
distincta; sed apud nos distinguuntur alio  
diuerso sensu quatenus intelliguntur dis-  
tinctis conceptibus; quare nulla est con-  
sequentia, accepto nomine distinctionis  
ex quo claudat argumentū.

#### Confirmatio.

Hęc nostra sententia pronunciata  
palam est à S.Bernard.lib.5.de cō-  
sideratione ad Eugenium; nam cum dis-  
putaret attributa diuina non esse re ipsa  
distincta, sed esse rem vnam simplicissimam;  
neque iterum essentiam à personis  
dividendam esse, sic ait, *Cum contēdimus*  
*apprehendere unum, occurrit quasi qua-*  
*duplicatum*, hoc est, esse atia quasi res  
quarta, *Facit hoc, inquit, speculum, & a-*  
*nigma, per quod solum videre datur; cum*  
*autem videbimus facie ad faciem, vide-*  
*bimus sicuti est; nec enim iam tunc sin-*  
*gulis acies mentis nostrae quantumlibet*  
*vehementer intendens, aliquatenus resi-*  
*lit, desiliet in suam pluralitatę. Can-*  
*sam multiplicati cōceptus ait esse ænig-*  
*ma, scilicet, quia non habemus notitiam*  
*intuitiuam, qua videamus rem ut est; ea*  
*autem notitia, quantumvis velimus spe-*  
*culari, ait non posse nobis occurrere plu-*  
*ralitatem, ut scilicet distinguamus intuiti-*

A tu rem apertę visam in qua nulla est dis-  
tinctio. Non igitur veritatem solummo-  
dò nobis tradidit S. Bernardus, sed ra-  
tionem veritatis assertę indicavit appri-  
mē. Idem sentit S.Thomas in 1.d.22.q.  
3.art.3.ad 3. quod etiam innuit locis à  
nobis recitatis disputando. Et eadem  
est opinio Ioannis Capreol. d.8.q.4.art.  
3.ad 16. argumentum Scoti, Alexand.  
Alens. 1.p.q.52.membro 3. & Egyd. in  
1.d.2.q.3.art.3.

S.Thom.  
Capreol.  
Alex. Alex.  
Alens.  
Egyd.

#### PARS SECUNDA.

B Enunciationes de diuinis attributis ve-  
ra, sunt etiam perpetua veritatis.

R Eliquum est, ut disputemus quo pā-  
to dicantur aeternæ veritates ex,  
qua à nobis de Deo enunciantur. Ob-  
seruandum est autem quod alia est veri-  
tas extra intellectum; alia in intellectu,  
etiam ex parte obiecti: verbi gratia, Pe-  
trus est ens verum, quia existit; at Petru  
esse hominem, est verum in intellectu; est  
enim id quod per propositionem signi-  
ficatur, quod vocant verum enunciabi-  
le. Quid autem sit in Petro hoc verum, si  
queras? Respondemus nihil esse nisi Pe-  
trum cognoscibilem per illud enuncia-  
tum. Similiter si queras, quid sit hominē  
esse animal, quae est veritas perpetua ab  
aeterno? Respondemus nihil aliud esse re  
ipsa, nisi ipsum hominem; & id, quod per  
hoc enunciatum significatur, nihil reale  
esse præterquam quod homo ipse: nisi  
velis asserere illud Ioannis Scoti inuen-  
tum, quod Deus ab aeterno produxit res  
in esse cognito, de qua re alias. Quod si  
rursus postules, quid sit homo per hoc  
enunciatum significatus, antequam existat?  
Respondeatur quod homo est verum  
ens simplicitè, dum existit; at verò ante-  
quām existat, est verum ens possibili-  
le existere; vel etiam homo est verum  
ens in intellectu diuino pratico obiecti-  
vę (ut aiunt) quatenus est conforma-  
bile diuinę arti. Similiter si queras, quid  
sit re ipsa veritas significata per has pro-  
positiones, Deus intelligit intellectu, nō  
voluntate, &c. Respondemus quod hęc  
ita esse, re ipsa nihil est aliud, nisi Deus  
ipse in se, cuius quod quid est in ipsius  
intellectu est vnicum ad quatum obiec-  
tum; enunciabile tamen à nobis per plu-  
ra hęc enunciata, ut sibi repetimus.

Veritas alia  
est extra intel-  
lectum; alia in  
intellectu, etiam  
ex parte obie-  
cti.

Hominem es-  
se animal, ni-  
hil est re ipsa,  
nisi ipse homo  
enunciabilis per  
hoc enuncia-  
tum.  
Scoti inuen-  
tum.

D Quod quid  
est Dei est enū-  
ciabile à no-  
bis per plura  
ta hęc enunciata,  
ut sibi repetimus.

Medie.

2.

Meditare igitur ac cogita omnia, quæ à nobis de Deo pluribus assertis enunciantur, quod Deus sit sapiens, iustus, clemens: tunc verò cogita hæc omnia in Deo esse rem unam, & eandem simplicissimam:

Attributorū distinctionē nō est necessaria, vt Deus sit ipse qui est.

Neque vt se ipsum intelligat.

Resvna & simplex videri cū distinctione non potest.

3.  
S. Thom.

In intellectu Dei non est enunciatio.

Rationes plures in Deo, secundum quod propositionibus significantur, sunt enunciabilia.

4.  
Veritates aeternæ re ipsa nihil sunt nisi Deus simplicissimus.

postremo evidentissimè colliges quod ut Deus sit is ipse qui est, & ut talis per omnia sit qualis est, nulla omnino necessaria est horum attributorum distinctionē: quæ scilicet distinctionē in re ipsa nulla est, sed in sola hominis cogitatione; quæ si nulla esset, adhuc Deus esset is idem qui est. Sed neque hæc distinctionē rationis nostræ necessaria est ad hoc, vt Deus se ipsum intelligat, & comprehendat: Nam et si nulla esset rationis distinctionē, non minus Deus se ipsum comprehendenteret, ac perspiceret: intelligit enim se prout in se est; ergo sicut hæc omnia Deo insunt absque illa distinctionē in re ipsa, ita etiā absque illa distinctionē cognoscuntur à Deo in se ipso. Imò res una, & simplex videri cum distinctionē non potest; sed ab ijs, qui non vident illam, cum hac distinctionē imperfectè cognoscitur.

Hæc autem confirmantur auctoritate S. Thomæ 1.p.q.14.artic.14. vbi docet Deum intelligere veritates enunciabilium per hoc quod intelligit simplici intelligentia rerum essentias; ita tamen ut in intellectu eius non sit enunciatio, quæ est propria intellectus discursu utentis: intelligit tamen ipsa etiam enunciabilia formaliter, quatenus comprehendit nostrum intellectum, & eius enunciata. Et idem dicendum est de ijs, quæ de Deo enunciamus; ea enim Deus intelligit in se ipso absque illa distinctionē simplici intuitu; sed secundum quod considerat eius enunciata: & se ipsum esse rationes plures in nostro intellectu, dum de re eadem plura enunciamus, & proferimus. Et ille rationes plures in Deo, de quibus longè disputauimus, secundum quod propositionibus siue enunciatis significantur, dicuntur enunciabilia.

Si ergo scisciteris, hæc veritates aeternæ quid sint? Respondetur quod re ipsa nihil sunt, nisi Deus simplicissimus; formaliter tamen sunt Deus ipse, vt est plus

Ara enunciabilia, hoc est, res significata à Formaliter re nobis per enunciationes plurimas. Verò suat Deis ipse vt est plura enunciabilia, non Curs dicantur aeternæ.

B Hæ ergo veritates sunt aeternæ, eo quod Deus idem necessariè est; & quia potest significari per has necessarias enunciations. Estque Deus unus plura enunciabilia vera, & necessaria, & aeterna, sicut & plura attributa; verbi gratia, Deū esse sapientem ab aeternitate quid est nisi Deus? Hæc tamen veritas enunciabilis aeterna est, veritas, inquam, enunciabilis à nobis per nostras propositiones, in quibus perspicitur attributorum distinctionē. Similitè autem eum dicimus, Deus nō intelligit per voluntatem, hæc negatio est in sola enunciatione nostra, vel in enunciabili formaliter, id est, in obiecto nostri intellectus qui enunciatione vtitur: & hæc etiam negatio est veritas aeterna; non quod sit negatio re ipsa inter intellectum, & voluntatem Dei; esset enim realia quoque distinctionē, vt supra ostendimus; sed quia Deus, vt est obiectum intellectus nostri, verè cum illa negatione à nobis intelligitur, scilicet, quod nō intelligat per voluntatem. Sed neque illa negatio est in Deo, neque se ipsum negando, aut distinguendo cognoscit; sed cognoscit se cognosci à nobis negantibus, aut distinguentibus. Hæc autem multis forsan plus satis diximus, vt falsam aliquorum existimationem tolleremus, tum de veritatibus aeternis; tum etiam de attributorum distinctionē in diuina cognitione.

Cum ergo enuncio, Deus intelligit per intellectum, res significata est una simplicissima, scilicet Deus ipse: cum verò enuncio, Deus non intelligit per voluntatem, res significata non est negatio inter res plures, sicut cum enuncio, Peter significatus non est Paulus; sed res significata est ipse Deus secundum quod à me cognoscitur pluribus conceptibus; ita vt vere negetur in mea enunciatione unum de non vero conali, ne confusè Deum intelligam. Et in falso hoc

hoc sensu, non solum haec enunciata sunt signa perpetuae veritatis, ut supra diximus; sed ipsa veritas significata est aeterna, quae nihil aliud est, quam Deus ipse ut est cognoscibilis a nobis per haec enunciata, ut ex antecedentibus manifeste concluditur.

**7.**  
Ex parte rei cognitae aliud dicitur verum quod est res ipsa; & aliud verum quod est res a nobis cognoscibilis, quod diximus verum formaliter enunciabile. Verum, quod est res ipsa, in Deo est essentia, tres personae cognoscibilis; hoc in Deo est multiplex. Ab intellectu diuino sumitur prima ratio veri.

Ante illum nullum est attributum distinctio etiam per rationem.

Ex his autem colligimus, ex parte rei cognitae aliud dici verum quod est res ipsa; aliud verum, quod est res a nobis cognoscibilis, quod diximus verum formaliter enunciabile. Verum, quod est res ipsa, in Deo est essentia, tres personae cognoscibilis; Verum, quod est enunciabile, est multiplex, sicut & attributa multa sunt. Et quia ab intellectu diuino sumitur prima ratio veri, ante operationem eius adhuc non intelligitur verum enunciabile: quare neque distinctio attributorum antecedit operationem diuini intellectus; siquidem ea distinctio pertinet ad enunciabilia per intellectum creatum, quatenus intellectus creatus possibilis comprehenditur ab intellectu diuino: quare frustra meditantur aliqui ante operationem intellectus diuini intellectum diuinum iam distinctum a voluntate distinctione rationis actuali; quia haec attributa ex natura rei non distinguuntur; neque etiam distinctione nostri intellectus actuali, quae oritur a primo vero quod est in diuino intellectu.

**8.**  
Sed licet ab aeterno nulla praaintelligatur talis distinctio actualis ex parte obiecti, ante operationem diuini intellectus: in tempore tamen nos ipsis cogitando, actu distinguimus naturam ut antecedentem ordine rationis ipsam intellectionem, non quod ante diuinam intellectionem fuerit illa distinctio rationis, ut diximus; aut quod possit vere intelligi antecessisse talem distinctionem; sed quia nostra intellectio iam deriuata ab illa prima intellectione diuina, potest distinguere, & facere distinctionem rationis in tempore, quae in aeternitate non antecessit intellectionem diuinam. Et haec distinctio rationis, vel facta in tempore actu, vel ab aeternitate possibilis, primò intelligitur in obiecto diuina intellectionis, scilicet in intellectu nostro, & dum intelligendi, videlicet, quod ordine non ante illam.

Distinctio rationis primò est in obiecto diuina intellectionis, scilicet in intellectu nostro, & dum intelligendi, videlicet, quod ordine non ante illam. rationis natura diuina antecedat intellectionem, primò extitit ab aeterno enunciabilis, ante quam veritatem nulla fuit,

A quia nihil potest habere rationem veri ante intellectionem diuinam. Ergo neque fuit necesse naturam antecedere intellectionem reali distinctione aut prioritate, aut ex natura rei, ut aliqui falsè afferunt: neque etiam necesse fuit, ut prioritate, aut distinctione rationis natura diuina antecederet intellectionem ab aeternitate.

Ac proinde nec distinctione, nec antecedentia naturae diuinae intelligitur ante illam.

**B** Ex parte vero rei cognoscentis, est Veritas ex partem cognitionis, in intellectu formaliter perficiens illum; & in enunciatione ut in signo ad placitum, quod indicat verum in intellectu. Et ita dicuntur enunciations perpetuae veritatis illae, quae enunciant res necessarias, duobus modis, vel quia indicant veritates eternas, ut explicavimus; vel quia quocunque tempore, aut ante aut post, enuncies idem, verum enuncias.

Cur dicatur eterna?

Periodus questionis est, quod etsi haec enunciations, Deus intelligit per intellectum, & non per voluntatem; Deus est sapiens per sapientiam, & non per iustitiam, & similes, sint aeternae veritatis, nunquam colligitur quod negatio sit realis inter attributa, aut quod illa sint ex natura rei distincta, quia distinctio eorum fundatur in cognitione creata, & non antecedit diuinam.

Negatio & distinctione attributorum fundatur in cognitione creata.

#### Confirmatio.

**H**ec autem satis confirmantur auctoritate S.Thomæ in I.d.19.q.5. art.3.vbi comprobatur unam esse veritatem aeternam. Et ad 3. affirmat ante intellectum creatum non esse aliquam veritatem rerum creatarum in actu. Et ad 5. declarat ante operationem nostri intellectus solu esse veritatem signabilem, quam nos diximus veritatem enunciabilem. Et in codem articul. docet in intellectu diuino esse primam veritatem, ante cuius operationem nullum sit actu verum, ex quibus ea omnia, quae diximus, satis consentaneae deprompta sunt.

S. Thomas  
primus locus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

#### CAPUT XXXVII.

Quod Deus sit unus, ratione naturali ostenditur.

**P**remissa disputatione de simplicitate Deitatis, succedit altera de unitate eiusdem Deitatis, quam ratio ipsa naturalis manifesto declarat. Mitto autem rationem illam physicam satis tritam, Ratio trita ex parte mobilis; ex eo quod omne quod parte mobilis, mouetur, ab aliquo moveatur, ut docet omittitur,

P. Aristoteles

*Aristot.*

Aristoteles 4. Physicor. cap. 4. vnde de-  
currimus usque ad primum motorem,  
qui non mouatur, sed moueat; hoc enim  
argumentum longiori indiget disputa-  
tione, & tractatur a S. Thoma 1. p. q. 2.  
art. 3.

Prima ratio agentis: nam plura agentia eiusdem or-  
dinis, non concurrunt per se ad eundem  
effectum; verbi gratia; si duo ignes per se  
concurrerent ad calefaciendum, altero  
ordinis, v. c. sublato alter non calefaceret; vnde col-  
duo ignes ad ligimus quod per accidens concurrant  
sundem esse duo ignes, cum unus sufficiat: ergo pri-  
metum non co-  
mus motor qui est per se motor, unus  
currunt salte est, non plures. Et hæc ratio est demon-  
per se, sed solū  
per accidens.

Est ratio de-  
monstratiua.

temporis mensura, non possit efficere alter  
illorum sine altero per tempus idem;  
hæc tamē omnia per accidens sunt, quia  
absolutè ignis unus potest efficere idem  
quod duo: quod si sit ignis magnus & ve-  
hemens, eodem temporis interuallo co-  
ficere potest idē quod duo ignes remis-  
siores, qui calore minus valeant; nam  
maius & minus per accidens se habent  
ad ignem; ergo primus motor, qui est per  
se motor omnium rerum, necessariò unus  
est; nam si essent plures, essent per acci-  
dens motores; & necessariò veniendum  
ad unum per se motorem.

Deinde etsi poneremus, duo agentia  
posse efficere eundem effectum, ita ut  
unum agens efficeret identidem quod  
alterum, & identidem duo simul; quod  
esset miraculosum & forsitan impossibili-  
le; adhuc ex ipsa positione duo illi ignes  
per accidens concurrunt ad illum effe-  
ctum, cum alter sufficeret; ergo motor  
per se primus unus est, quia plures mo-  
tores essent per accidens. Confirmatur,

Confirmatur.  
Partialia agé-  
tia se coadiu-  
uant ex defec-  
tu facultatis  
in singulis.  
Responsio.

Refellitur.

quoniam si sunt plures motores primi,  
sunt quidem partialia agentia se coad-  
iuuant, quod non accidit, nisi ex defectu  
facultatis in singulis. Si vero respon-  
deas in Deo hoc non accidere ex defectu  
facultatis, sed quia in hoc plures Dij co-  
sentient, ut simul operentur. Contra est,  
quia sequitur quod singuli possent effi-  
cere singulatim quod omnes simul; ergo  
nullus illorum esset primus motor per  
se, quia quivis motus non proficiere-  
tur per se ab isto motore, cum posset etiam  
ab alio progredi: quare neuter esset mor-  
tor necessarius, neque per se; quod enim  
est per se, necesse est esse; neuter enim est

A necessarius, si altero cessante alter pos-  
set mouere, siquidem ponis singulos suf-  
ficere, ut moueant. Et ideo recte ait S. S. Thom.  
Thomas 1. p. q. 11. art. 3. Quia per se  
vnus una est causa, & multa non sunt  
causa unius, nisi per accidens: ergo si unus  
primus motor est, & per se valet omnia  
operari, melius operabitur solus quam  
cum alijs simul. Et item quia dum unus  
operator modò, modò alijs, motus non  
erit continuus.

Secundò probatur ex hypothesi, quia  
primus motor est agens liberum; ergo  
est unum, & non plura. Probatur, quoniam  
plura agentia libera & prima, non pos-  
sunt consentire per se de re eadem. Ex-  
pliatur hoc, nam agens liberum crea-  
tum semper consentit cum agente libe-  
ro in creato & primo, ita ut Deo repug-  
nante non possim ego aliquid velle; cu  
voluntas mea sit in diuina, tanquam in  
causa, quæ res explicatione indiget, ut  
tomo 2. disputandum est; ergo si ponam  
plura agentia non dependentia ab  
aliquo priori agente, neque quoad ope-  
rari, neque quoad velle, credi non po-  
test aut intelligi quod liberæ ipsorum  
confessiones per se conueniant, sed ca-  
su & per accidens; quod autem casu eue-  
nit non semper accidit; vnde esset dissi-  
dium. Confirmatur, per se enim dicitur

Confirmatur.  
vel id quod est per se ex natura rei, vel  
quod per se fit, ut docet Aristoteles in  
Posterioribus: quod autem duo primi  
motores per se, liberèque consentiant,  
non fit per se ab alio, quia in primo mo-  
tore non accidit fieri: at vero voluntas  
libera non est per se, hoc est, ex natura  
rei hæc vel illa, quia esset necessaria; er-  
go evidentissime demonstratur quod  
non per se, & necessariò consentirent;  
esset ergo discordia inter primâ agen-  
tia, nisi unum esset primum agens & vi-  
nicum.

Tertiò probatur ex parte prouiden-  
tie: nam qui gubernat semper appetit  
singulare imperium; est enim monar-  
chia primus, & optimus principatus. Et  
confirmatur ratione Sancti Thomæ  
primo contra gentes cap. 42: quoniam  
quæ non sunt ordinata per accidens,  
semper ordinantur in unum; ordo enim  
est unitas quedam; non ergo ordinan-  
tur quatenus distincta sunt, sed quate-  
nus in aliquo ordinatè conueniunt tam  
ex parte agentis, quam ex parte finis;  
totum

3. Secunda ratio  
ex hypotheli  
libertatis in li-  
motore.

Duo agentia  
libera, & pri-  
ma non pos-  
sunt conueni-  
nire per se, sed  
casu.

Explicatur.

Confirmatur.  
Per se dicitur  
vel id quod est  
per se ex natu-  
ra rei: vel quod  
per se fit.

Aristot.

4. Tertia ratio ex  
parte prouide-  
tie.

Confirmatur.

S. Thom.

Quæ sunt or-  
dinata, & non  
per accidens,  
semper or-  
dinantur in unum  
sive agens pri-  
mum, sive si-

totum enim exercitum unus Imperator ordinat, & ad se ipsum ordinat. Et ex parte finis probatur similiter, quia ultimus finis solum unus est; alias quomodo

Vltimus finis solū est unus.  
Probatur. I.

Secundò.

Tertiò.

Huc pertinet argumentum Tertulliani.

quis appetet plura in quantum plura, non verò in quantum reducuntur ad unam beatitudinem? cum ergo primum agens sit ultimus finis, si essent plura agentia prima, essent plures fines ultimi, & appeteremus plura per accidens, scilicet, non ordinata. Imò non conquiesceret appetitus noster in uno fine ultimo, si natura sua propenderet ad plures fines ultimos. Tunc ultra, vel ipsi Dij non essent per se singuli beati, quia extra quilibet esset alius finis ultimo, in quo est perfecta beatitas, seu beatitudo; indigeret ergo alter alterius beatitudine qua frueretur: vel singuli essent suo bono contenti, eò quod unus non esset finis ultimo alterius; at verò cum singuli essent fines ultimi creaturarum, animæ creatæ non essent singulorum bono expletæ, nisi omnium Deorum simul bonis aggregatis, & coniunctis fruerentur; quæ sunt portenta figmentaque vanissima; esset enim Deus hic vel ille singulatim contentus fruitione sui, & creatura non esset contenta fruitione singulorum. Ad

hoc etiam pertinet argumentum Tertullian. libr. i. contra Marcionem soler- tissimè disputantis: *Ecce enim duos intuens Deos tam pares, quam duo summè magna, quid facerem si ambos colerem? Vererer ne abundantia officij supersticio potius quam religio existimaretur, qui duos tam pares, & in altero ambos, possem in uno demereret.* Et iterum, inquit, *Si alterum colerem aequè cogitarem ne suffundere viderer numeri vanitatem, sine differentia superuacui, quasi dicat, si adoro duos pares, superuacanea est adoratio, cum unus Deus possit quod possunt duo. Si unum Deum satis quod est adoro, superuacaneus est Deus alter, cuius non egeo beneficijs.*

Quarta ratio ex perfectione Dei.

Confirmatur.

Quartò probatur ex perfectione Dei, quia si sunt plures Dij, aut in singulis deest perfectio aliqua, aut immiscetur imperfectio; differentia enim qua distinguuntur, si imperfectio est, est Deus imperfectus; si perfectio, ea quæ est in uno propriè, deest in alio. Et confirmatur, quia Deus est summum bonum per superabundantiam, hoc est, quod non solum non superatur ab alio bono, sed

A excedit bona omnia; quod autem exceedit cætera, unum est; quod est argumentum Tertulliani libro i. contra Marcionem: quia, inquit, summo magno nihil aquatur. Et hæc quidem argumenta adeò plana sunt, ut possint vulgo etiam proponi, & rudibus persuaderi. Argumentum verò de Monarchia commune est apud Patres, Sanctum Iustinum oratione Parænetica ad gentes, S. Cypriani de vanitate Idolorum, S. Athanasium oratione contra idola, S. Ioannem Chrysostomum homilia ultima ad Hebrewos, Sanctum Gregorium libr. 4. Epistolarum Epistola 52. Tum etiam apud Philosophos Philonem libr. de confusione linguarum, Platonem in Polytico, Aristotelem libro 8. de moribus capite 10. & 12. Metaphysicorum, Plutarchum in Epistola de formis Republicæ, & alios plures, quos refert Ioannes Stobœus sermone 45. Vnde illud, Multos imperare malum est, Rex unicus esto.

B Quintò tamen loco idem probatur (ut argutioribus etiam rationibus vta- mur) ex infinitate divinæ naturæ; si enim divinæ natu- sunt duo Dij natura Deitatis est com- munis utriusque & multiplicata in utro- que. Est autem natura divina ens infi- nitum; sed enti infinito non potest fieri additamentum nec finitum, nec infini- tum, quia continet totam rationem entis: ergo non potest in duobus Dij sig- nari duplex differentia sive essentialis, sive accidentalis, qua inter se differant; quia illa differentia est additamentum ad naturam infinitam. Neque euades

C Quinta ratio ex infinitate naturæ. Euasio argu- argumentum, si dicas; adiectionem hanc menti preclu- solū esse in intellectu. Id enim quod intellectus concipit per conceptum com- munem, & particularem de re quapiam, est in re ipsa, licet non sit distinctum; ens autem infinitum vt sic, non potest ita concipi vt fiat ad illud ullum additamentum, vt probauimus; ergo na- turæ Deitatis non potest ita esse com- munis, vt inueniatur in pluribus: sicut enim ens in sua confusione, & ampli- tudine ingreditur conceptum cuiuscun- que entis; ita ens infinitum vt sic, con- tinet omnem differentiam entis, quæ in Deo potest reperiri: sed natura Deitatis est ens infinitum; ergo continet ipsas differentias, quibus possunt Dij distingui.

Est argumētū Tertulliani.

Superiori ar- gumento Mo- narchiæ vtun tur Patres,

S. Iustinus.

S. Cyprian.

S. Athanas.

S. Chrysost.

S. Gregor.

Philosophi,

Philo.

Aristot.

Platarch.

Ioan. Stob.

6.

Quinta ratio

ex infinitate

naturæ.

Ex. Iustin.

sianorū di-

cting.

sq. Ethic.

ca. opini.

ea. q. 1. 1. 1.

erat. Littera.

erat. Littera.</

**7.** Sextò probatur ex eo quòd Deus est ens necessarium, & per se primò existens: agens enim primum, cum non sit modo, seu per suum ab alio, per suam essentiam existit, & am essentiam ideo dicitur ens necessarium; alias si existes, ideoque non existeret per essentiam, acciperet primum, &c. existentiam in sua essentia; & non esset primum ens, neque necessarium. Tunc sic arguitur, Deus est id quod per essentiam existit; ergo non potest esse natura communis ad plures Deos. Probatur clarissimè, si enim esset natura communis ad naturas plures, illæ naturæ differentiae aliquibus differentijs; has si ponas accidentarias, ponis Deitatem compositam ex essentia, & accidente, & subiectam alteri agenti, ut suprà est probatum: si verò ponis essentiales differentias, non minus desipis; & est argumentum S. Thomæ 1. contra gent. c. 42. nam essentia communis, per differentias essentiales accedit ad existentiam; quia essentia non potest existere nisi completa; nō enim potest existere animal quod non sit leo, nec homo, &c. Si ergo essentia sit per se existens, nullas differentias essentiales admittit, quia non existeret per se, sed per illas; ut animal non est rationale per se, sed per hominem; alias si animal per se esset rationale, omne animal esset rationale; & hæc non esset differentia alicuius animantis. Similiter essentia quæ per se existit, in suo conceptu habet ultimam differentiam essentiale, quæ scilicet necessaria est ad existentiam, alias non existeret per se, sed per sua particularia, existeret enim ratione differentiæ essentialis additæ. Quòd si ea esset differentia huius Dei, ut per eam per se primò, & per essentiam existeret, in alio Deo hæc differentia non esset; differentia enim unius in illo solo est; & ita aliis Deus non existeret per essentium, siue in virtutem, & per se primò; & non esset Deus: troque, sed est quòd si & aliis Deus per suam differentiam essentialem existeret, iam non esset differentia inter Deum & Deum quoad hoc quod est per essentiam existeret, & tunc redit argumentum. Hoc enim quod est per essentiam existeret, est ipsa essentia diuina; ergo essentia diuina hoc ipsum non expectat à differentijs essentialibus, sed potius à se habet.

**S. Thom.**  
Essentia communis per differentias essentiales accedit ad existentiam.

**Animal non est rationale per se.**

**Per essentiam existere non est differentia inter Deum, & Deum, siue dicatur esse invito eorum tantum, siue in virtutem, & per se primò; & non esset Deus: ipse Deus virtutem essentialem existeret, iam non esset differentia inter Deum & Deum quoad hoc quod est per essentiam existeret, & tunc redit argumentum. Hoc enim quod est per essentiam existeret, est ipsa essentia diuina; ergo essentia diuina hoc ipsum non expectat à differentijs essentialibus, sed potius à se habet.**

**8.** Confirmatur, quoniam quod est necesse esse, necesse est esse in quantum est

**A** hoc ens signatum, & singulare; sed singularitas est in uno solo; ergo necessitas entis in uno solo reperitur: quod est argumentum Sancti Thomæ 1. contra gé. tes cap. 42. Cauillatur Aureolus, quòd plura entia necessaria possent esse necessaria, non ut hoc singulare, sed ut natura communis, quia possent differre specie, ut duo Angeli. Respondet autem Francis Ferrariensis, quòd si essent specie distincta essent composita. Sed hæc solutio non tuetur S. Thomæ assertum, scilicet quòd ens necessarium sit tale in quantum singulare, si posset esse talis in quantum natura communis, ut Aureolus obijcit. Interpres autem Ferrariensis, non penitus attigit mentem S. Thomæ; nam existentia est proprius actus individui, & singularis, licet secundum conceptum communem inueniatur in omnibus rebus. Vnde existentia per se necessaria, non potest esse huiusmodi ratione speciei, sed ratione individui; existentia enim non est actus speciei, aut proprietas, sed est proprius actus individui; ergo ens quod est necesse esse, est hoc ens. Confirmatur, quia esse abstractum non multiplicatur, cum sit per se subsistens; sed Deus est ipsum esse; ergo non potest inueniri in pluribus.

**C** Ultimò probatur ex simplicitate Deitatis; quicquid enim addas naturæ diuinæ non est diuinum, sed extraneum; sed si sunt dij plures, diuinæ naturæ communi adduntur differentiæ, quæ sunt extra illam: erga facis realem compositionem, ut suprà. Impossibile est etiam, ut differentia sit extranea speciei, quam constituit: quod autem est extraneum Deitati, necesse est esse huic quoque Deo extraneum: ergo erit differentia extra speciem, quam constituit. Et idem argumentum est de differentia individui. Et præterea facis compositionem logicam, quæ in diuinis non potest esse, ut infrà probabimus. Et licet compositione logica nihil reale ponat in Deo, tamen secundum illam verò, aut falso intelligimus diuina; ergo si non potest intelligi natura diuina communis, quæ per differentias logicas contrahentes distinguatur in plures, revera non potest esse natura diuina communis, ita ut plures existant diuinæ naturæ.

rium est tale in quantum singularare.

**S. Thom.**  
Cauillatur ei Aureolus.

Responsio.  
Ferrarien.

Rejectum.

Vera responsio.  
Existentia est proprius actus individui.

**Confirm. 2.**  
Esse abstractum non multiplicatur, cum sit per se subsistens

**9.**  
Ultima ratio ex simplicitate Deitatis.

In pluribus Dij compo- sitio realis. Differentia ex- tranea quatenus addita, nō extranea qua- tenus consti- tuit.

In pluribus Dij compo- sitio logica.

Hoc

10. Hoc etiam confirmatur ex unitate secundum se: tum quia unitas antecedit ex unitate secundum se, quæ autecedit numerum; sed Deus est primum ens; ergo est unum, & non plura; ab illo enim uno est omnis numerus, & multitudo.

Confirm. 2. Præterea si in Diis est numerus, quæro quousque numerus? quod est argumentum

Tertullian. Tertull. libr. 1. contra Marcionem ponentem Deos duos. Cur, inquit, non plures, si duo? Et hoc idem comprobatur;

Confirm. 3. numerus enim rerum aut finitur per se ex differentijs contrahentibus naturam (quod iam reiecimus) aut ex intentione agentis in rebus quæ habent causam, quam Deus non habet; ergo in Deo non est numerus certus, & definitus, atque adeò nullus. Tum etiā, quia ens repug-

Divisio tendit in interitum. nat diuisione ex parte sua; diuisio enim tendit in interitum; unde quod est magis ens est magis unum; ergo maximè ens, quod est Deus, est maximè unum. Ostenditur ergo euidentissimis demonstrationibus Deum esse unum natura; qua etiam in re hæretici miserè insaniunt.

11. Non imbecillum illud etiam est argumentum Tertullian. in Apolog. contra gentes, quia vel ipsi, qui plures Deos colunt, propriæ sententiae oblii, quasi ductu naturæ dicunt, Deus vedit, Deus dedit; naturalis autem cognitio certissima est, unde subdit: O testimonium animæ naturaliter Christianæ, id est, naturaliter cognoscentis Deum, quem nos colimus.

12. Merito ergo S. Thomas 1. p. q. 11. artic. 3. iudicat veritatem istam ratione naturali, eaque euidenti perspici. Et idem assertit S. Irenæus lib. 2. cap. 5. & Lactantius Firmianus libr. 1. cap. 3. & Paulus Orosius libr. 6. Historiæ cap. 1. Consentiant Ioannes Scotus in 1. dist. 2. q. 2. & Durandus ibidem q. 1. ac Marsilius q. 5. art. 1. & alij plurimi Theologi; uno aut altero refragante.

13. Guilhelmus enim Ochamus, & Gabriel in 1. d. 2. q. 10. aiunt unitatem diuinæ naturæ non posse demonstrari naturali ratione, sed sola fide Catholica teneri. Sed hæc opinio non solum est à ratione naturali aliena, sed verbis Apostoli parùm consentanea, cum ait, In-

Contra hos uisibilia enim ipsius à creatura mundi Paulus Ro per ea quæ facta sunt intellecta conspi- man. 1. ciuntur. Roman. 1. Et iterum, Quod nouum est Dei, manifestum est in illis. Quid

A autem notius de sempiterna Deitate, aut quid ex visibilibus magis perspicuum, quam singularis Dei principatus, & monarchia, & quod primus motor sit unus? Alias non esset exercitati ascribendum gentibus, quod Deos plures colerent, si ratio naturalis de unitate Dei non eos commoneret.

Confirmatur, quia Ethnici, qui aliquid

veritatis in Philosophia attrigerunt, hanc veritatem haud dubiè testati sunt, ut re- Item Ethnici Philosophi, fert Laetantius 1. lib. diuinorum institu- vt testatur

tionum, Eusebius Cæsariensis 11. de Pre- Lactant.

paratione Euāgelica, Augustinus Eugub. Eusebius.

de perenni Philosophia lib. 3. S. Cyrillus Eugubin.

Alexandrinus libr. 1. contra Julianum, S. Cyrillus.

B Annobius lib. 3. contra gentes. Et anti- Annobius.

quior S. Iustinus lib. 1. de Monarchia, & S. Iustinus,

oratione Parænet. ad gentes; referuntq; testimonia Æschili, Philæmonis, Orphæi,

Pythagoræ, Sophoclis, Euripidis, Plato-

nis, Menandri, Hesiodi, & Theatridis apud Clementem lib. 6. Stromatum, & Clem. Alex.

oratione ad gentes. Mitto Socratè apud Platonem, & Tullium Ciceronē, & Aris-

totelem de ea re luculentè philosophâtem. Quare Prudétius in Apotheosi tes-

tatur, et si Philosophi pluribus quæstio-

nibus implicati vt in Labyrintho ver-

C sentur, omnes tamen in hanc concordi-

ter sententiam venire, quod unum sit nu-

mē, scilicet, unus Deus. Imò & apud Eth-

nicos erat in opinione certissima Deo-

rū summus Parens, qui proculdubio Mo-

narcha erat; necesse est ergo ad unum

Principem omnia reuocare. Et Plotinus summus pa-

lib. 1. de Placitis ostendit Deū esse unū, rens.

eo quod unitas ipsa symbolum sit Dei- Plotin.

tatis, Aristoteles 11. Metaphy. idem do- Arist.

cet. Vide Laetantium lib. 1. diuinorum Laetant.

institutionum cap. 3. & Tertull. in Apol- Tertul.

log. cap. 17. & S. Thom. 1. contra gentes S. Thom.

cap. 42. elegantissimè differentem.

## D CAPVT XXXVIII.

*Quod Deus sit unus ex literis sacrīs, & Patribus confirmatur.*

S Ed oportet confirmare hanc veritatē 11. contra impios hæreticos ex sacrīs li- teris, & Patribus; si qua tamen apud eos aut Scripturæ, aut Patrum manet auto- Loca scriptu- ritas. Igitur vt à Deuteron. exordiamur re. cap. 4. legimus Moysen afferentem, Do- Deuteron. minus ipse est Deus, & non est alijs p̄ae- cap. 4.

*ter eum. Dominum eum vocat, quem  
Judæi colebant, cumque esse Deum af-  
seuerat, & præter eum non esse alium  
Deum: quid clarius? Idemq; docet cap.  
6. Audi Israel, Dominus Deus noster, Do-  
minus unus est. Et cap. 32. Deus ipse de-  
se loquitur, Vide quod ego sum solus, &  
non est alius Deus præter me. Hoc  
enim maximè fidei illorum commenda-  
batur, vt vnum Deum colerent, eumque  
solum qui eos his verbis alloquebatur.*

*Eadem habes 1. Reg. 2. & 2. Reg. 7.  
1. Reg. 2. Non est similis tui, neque est Deus extra  
te. 3. Reg. 8. Domine Deus Israel, non est  
similis tui Deus, &c. Et Psal. 85. Tu es  
**2. argum.**  
In una specie angelica non multiplicatur individua.  
**S. Thom.**

**Secunda.**

**3. argum.**

**4. argum.**

**5. argum.**

**6. argum.**

distinguuntur non solum personæ, sed ipsa natura. Probatur, quoniam quod formaliter inest alicui, formaliter illud denominat: cum ergo hæc distinctiva insint in natura diuina formaliter, illam etiam distinguunt. Et confirmatur, quoniam natura prout est in Patre, non est in Filio; ergo aliquid habet in Patre etiam ex parte naturæ quod non habet in Filio, scilicet aliquem modum realem, ut S. Thomas videtur docere, & Durandus in 1. Sententiarum.

S. Thom.  
Durand.

7.  
Sextum.

Confirmatur.

S. Thom.  
Durand.

8.  
Septimum.

9.  
Octauum.

10.  
Nonum.

Tertullian.

11.  
Ultimum.

Genebrard.

ex Rabbi Ioseph.

**A**d hanc disputationem illud præcipuum est, ut rationem inquiramus quare impossibile sit naturam creatam tribus suppositis creatis proprijs contineri, diuinam verò in tribus esse suppositis necessary sit. Quam disputationem lib. 4. uberrimè tractabimus; satis nunc sit dixisse, idcirco naturam diuinam posse in tribus personis existere, quia illa infinita est, personæ verò relatiæ. Quo fit ut p. Ratio, quia natura creata, quæ finita est, & in suppositura creata finitæ siue personis non relatiuis, sed abso- luti, non possit esse una in pluribus vni- na illius abso- luta.

*Advertendum.*

**I**n hac disputatione illud præcipuum est, ut rationem inquiramus quare impossibile sit naturam creatam tribus suppositis creatis proprijs contineri, diuinam verò in tribus esse suppositis necessary sit. Quam disputationem lib. 4. uberrimè tractabimus; satis nunc sit dixisse, idcirco naturam diuinam posse in tribus personis existere, quia illa infinita est, personæ verò relatiæ. Quo fit ut p. Ratio, quia natura creata, quæ finita est, & in suppositura creata finitæ siue personis non relatiuis, sed abso- luti, non possit esse una in pluribus vni- na illius abso- luta.

*Responsio.*

**I**gitur ut argumentis satisfaciamus explicandus est S. Ioannes Damascenus, dum ait personas esse ratione siue cogitatione distinctas, quod intelligit distinctas esse relatione. Et hanc expositionem à S. Thoma accepimus q. 9. de Potentia art. 5. ad 14. quam etiam in 1. d. 2. art. 5. ad 1. ait esse communem; quoniam relatio cum nō sit ad se, sed ad aliud, consistit in quadam collatione cum alio, quæ maximè in cogitatione & ratione elucet; & ideo ait Damascenus personas ratione distingui, scilicet ratione conferente relatiuam oppositionem. Dictum Boetius verò Boetij explicandum est, quod illud explicatur. sit maximè unum in quo non est numerus, hoc est, cui numerus non conuenit, ita ut neque sit compositum ex pluribus rebus per quas possit numerari & diuidi, neque sit pars compositionis, in qua etiam est numerus. Exemplum primi est

**D**natura materialis quæ constat materia & forma, & ita in illa est numerus partium. Exemplum secundi est omnis substantia creata, quæ est pars compositionis; ex natura enim, & supposito, & existentia, & accidentibus sit compositione; & ideo ipsa natura quæ est pars compositionis, est minus una; ex eo enim quod hæc pertinent ad integratem, perfectionemque naturæ, secundum quod existit, & subsistit, & accidentarijs formis ornatur, plura includit, & numerum rerum continet; estque ideo minus una. Natura autem diuina non solum

**13.**  
Ad 1. argum.  
Damascen. explicatur.

S. Thom.

Nonum.  
Tertullian.

Ultimum.

Genebrard.

ex Rabbi Ioseph.

Vltimum argumentum ponamus, quod refert Gilbertus Genebrardus lib. 1. de Trinitate ex quodam Rabbi Ioseph Alba in libr. de articulis fidei, Binarius, inquit, non potest esse ternarius; ergo neque unitas potest esse ternarius; ergo natura una non potest esse personæ tres. Et

Q

est

Deitas cū tri- est per se ipsam in summa vnitate per-  
bus suppositis comparata nō auget numerum.  
fectissima; sed etiam cum suppositis tri-  
bus comparata non auget numerum, nō  
enim est res quarta ab eis distincta. Quare in eo sensu quem habent verba Boe-  
tij nō est numerus in natura diuina, quia  
ipsa non distinguitur ab illa re diuina,  
neque ex pluribus componitur; sed tam-  
en est in personis diuinis natura, in  
quibus personis est numerus.

**14.**  
**Ad secundum.**  
**S. Thom.**

In Deo suppo- sita multipli- catur nō propter materiam, sed proptero- riginem. Ad confirm.

vt lib. 5. docebimus. Quod autē na-  
tura diuina individua, sit in suppositis pluribus, non est propter materiam qua supposita distinguuntur, cum nulla mate-  
ria sit in Deo; immo propterea quod Deus est actus purus infinitè communicabilis, subsistit in pluribus suppositis: quare nu-  
merus suppositorū in natura individua singulari, perfectionis infinita est argu-  
mentum. Itaque negatur consequentia, quoniam diuina essentia nō multiplicatur, quod fieret per materiam; sed supposi-  
ta multiplicantur propter originem. Ad confirmationem respondetur imprimis,

quod in Deo non ponimus numerū per-  
sonarum ad conseruationem naturæ, cū  
natura diuina non accipiat existentiam à personis, sed per se ipsam existat; & ipsa  
natura existentia est; per hoc enim Deus est, quia est suum esse. Deinde non ponimus plures personas diuinæ, ut aliqua  
perfectio sit in una, quam alia non possit  
capere; quia perfectio tota in diuinis est  
ipsa essentia, neque est multiplicabilis per-  
fectio, ut sit alia perfectio in Patre, alia  
in Filio; sed solum propter infinitam cō-  
municationē sunt in Deo distinctæ per-  
sonæ, alia à qua est processio, alia qua  
est processio, procedit. Et idcirco negatur conse-  
quentia; quia est dispar ratio de Angelo &  
Deo. Qui verò credunt in Deo esse per-  
fectiones relatiuas re ipsa distinctas; ne-  
gant minorem propositionem, quod vnu  
suppositum diuinum habeat omnes per-  
fectiones; quia alia est perfectio relativa  
in Patre, alia in Filio; quod nos assertū  
minime permittimus, sed de hac re libr.  
3. differemus.

**A** Ad tertium respondetur, quod ex eo natura creata multiplicatur cum suppo-  
sito, quia se ad inuicem definiunt: vnde diuina natura diuiditur suppositum, & è conuerso. Et ideo non fit consequens quod diuidatur natura diuina ad distin-  
ctionem suppositorum, cum tamen natu-  
ra, quā suppositum definita non sint;  
& quoad hoc deficit similitudo, siue ana-  
logia inter naturam creatam & incre-  
tam: vnde etiā infirmatur consequentia.

Ad quartum liquet refutatio ex no-  
tatione prædicta, quod natura creata Ad quartum.  
definitur supposito, & ideo non potest extendi ad aliud: infinita autem natura quā non definitur, propter internam processionem est in suppositis pluribus; eò quod eadem natura est in generante & genito. Quarè verò natura crea-  
ta existens in suo supposito non possit assumi à diuino, lib. 4. etiā tractabimus.

**17.** Ad quintum.  
Ad quintū, dic relationes personales. Relationes  
qua distingunt personas esse in natura personales sūt  
diuina, non vt formas relatiuas quibus in Deitate, nō  
natura referatur, sed per identitatē rea-  
lem, vt libr. 3. differemus: quare non se-  
quitur quod distinguit naturam, sed per  
personas. Ad confirmationem respondetur  
distinguendo antecedens; si enim dictio, Ad confirm.  
prout, designet modū rei, negatur quod Duplex sea-  
natura prout est in Patre non sit etiam sus dictionis,  
in Filio: eodem enim modo reali est in prout, in hac  
vtroque; quia non sunt diuersi modi exi- propositione,  
stendi in ipsa natura Deitatis; neque hoc natura prout  
S. Thomas voluit vñquam, vt lib. 4. di- est in Patre,  
cemus. Si verò prout, indicet modum non est in Fr.  
nostrum intelligendi, concessio antece-  
dente, quod prout est in Patre non est in  
Filio; negatur consequentia, quod in  
Patre, & Filio habeat diuersos modos  
reales ex parte naturæ; sed habet distin-  
tas proprietates personales ex parte  
personarum.

**18.** Ad sextum respódetur negando per-  
sonas diuinæ esse de quidditate diuina. Ad sextum.  
Nam hoc ipsum improbat S. Thomas Personæ non  
cum S. Augustino docens dicendum non sunt de quid-  
esse personas diuinæ esse de natura di-  
uina, vt lib. 3. disputabimus. Neque verò S. Thom.  
diuinæ personæ sunt de quidditate diuina  
quasi claudatur cōceptu diuinæ quid-  
ditatis, siue essentiæ: sed suis rationib[us]  
formalibus distinguuntur ab essentia, si-  
cut & persona creata ab essentia creata  
definitione sua distat, quæ questio perti-  
net ad lib. 4.

Ad

**15.** Ad tertium.  
Natura creata  
multiplicatur  
cum supposi-  
to, quia se ad  
inuicem defi-  
niunt.

**16.** Ad quartum.

**17.** Ad quintum.

**18.** Ad sextum.

Personæ non  
sunt de quid-  
itate diuina.

S. Thom.

S. August.

19.  
Ad confirm.

Ad confirmationem respondet, argumentum optimè probare quod essentia diuina non sit composita ex personis; & ita probat Sanctus Ioannes Damascenus, ut capite sequenti docebimus: quia ex pluribus in actu perfectis non componitur unum; compositi enim perfectio est ex partibus imperfectis; nam quod perfectum est, non est pars, sed totum. Sed non probat argumentum,

Tres personæ diuinæ sūt perfectæ eadē perfectione naturæ datæ, & acceptæ per originem. Et aduerte ne dicas, plura entia perfecta posse conuenire in unitate rei; nam plura entia sunt essentia plures, quæ si perfectæ sint non possunt conuenire in unitate essentiæ, esset enim compositio per accidens,

Nō sunt plura entia, sed plures existentes, id est, plures qui existunt, & personæ plures, ut dicemus libro quarto. Concedimus ergo maiorem propositionem, quod nec personæ plures creatæ, neque increatae possunt constituere unum per se; bene tamen possunt conuenire in aliquo per se uno. Et personæ quidem creatæ conueniunt in uno unitate rationis, scilicet in natura specifica;

Conueniunt in uno perse reali, scilicet, in una natura individuata reali.

20.  
Ad septimū.

Ad septimum respondet, concedendo antecedens, quod diuinum suppositum est infinitum; sed consequens distinguitur, scilicet quod unum suppositum contineat quicquid potest concipi notione sive conceptu suppositi; si enim sermo sit de essentia, sive natura, quam suppositum propriè continet; verum est quod unum suppositum diuinum, quia infinitum est, continet totum esse & infinitum quoddam essentiæ pelagus: si vero loquamur de proprietate suppositi, negatur quod unum non continet suppositum etiam infinitum contineat quicquid potest concipi notione, sive conceptu suppositi; quia unum non continet proprietates aliorum, cum potius per illas distinguantur. Deinde vero neganda est alia consequentia; natura diuina, quia infinita, est una; ergo & suppositum diuinum, quia infinitum, est unum:

Proprietas unius suppositi, negatur quod unum non continet suppositum etiam infinitum contineat quicquid potest concipi notione, sive conceptu suppositi; quia unum non continet proprietates aliorum, cum potius per illas distinguantur. Deinde vero neganda est alia consequentia; natura diuina, quia infinita, est una; ergo & suppositum diuinum, quia infinitum, est unum: negatur, inquam consequentia, eadem est quoniam infinitas naturæ est quoddam suppositi, qua immensitas perfectionis, & ipsa est infi-

A nitas suppositi, ut dicemus lib.3. Quare re arguit nature unitatem, non vero suppositionem.

Quod si arguas, suppositum infinitum ut sic, includit omnem rationem suppositi; ergo est unum duntaxat quod enim infinitum est, totam rationem nominis continet, & unum est. Respondeatur, in ordine ad naturam concedo quod suppositum continet omnem rationem suppositi, scilicet, ut nihil naturæ sit extra suppositum; in ordine vero Unum suppositum ad aliud suppositum, nego: si enim suppositum infinitum compares cum natura cuius est suppositum, tota ratio suppositi est ipsa natura, quæ est forma suppositi; ratio enim, & definitio, & natura idem est. Et ita suppositum infinitum continet totam rationem suppositi; hoc est, totam ipsam naturam infinitam, quæ est eius ratio adæquata. Si vero suppositum compares cum alio supposito, proprietas suppositi potest dici ratio propria suppositi, quæ scilicet proprietas est notio, qua distinguitur unum suppositum ab alio. Et in hoc sensu unum sup-

C positum infinitum non continet totam rationem suppositi, hoc est, non continet omnes proprietates, quæ in alijs suppositis inueniuntur: & sicut alia proprietas est Paternitas, alia Filiatio; ita aliud suppositum est Pater, aliud Filius, et si utrumque sit infinitum. Dico adhuc clarius, suppositum diuinum non esse infinitum ratione proprietatis, sed naturæ; quia proprietas sicut non addit perfectionem naturæ diuinæ, ita neque infinitatem addit, ut libro tertio dicemus.

Licet ergo infinitas sit causa per se unitatis singularis, non sequitur ut suppositum infinitum sit proprietate unicum, sed quod sit natura unicum, hoc est, unius naturæ sive unicæ naturæ; quandoquidem non proprietate, sed natura est infinitum: natura ergo infinita est unica, suppositum vero infinitum non est unicum, sed sunt tria supposita; quæ supposita sunt natura unum, quia illa est infinita; sed proprietatibus, quæ non afferunt infinitatem, sunt plura supposita.

Quod si adhuc arguis: si plura supposita absoluta essent, illa essent definita; ergo idem de relativis dicendum. Respondetur supposita absoluta necessarij.

Q. 2  
Subsist-

Non vero ratione propriæ aliorum suppositorum, seu notionis, &c.

Suppositum diuinum est infinitum non ratione proprietatis, sed naturæ,

22.  
2. replica.  
Responso,

**In natura eadem non possunt esse plura supposita, nisi propter originem; necesse est autem ea suppositioni propter originem, atque sola origine distinguuntur, sola originem, atque relatione distingui, ut libro quarto dicemus.**

23.  
Ad octauum.  
S. Thom.

Pater non habet gaudium in Filio quasi in extraneo. Filius non est gaudium quo Pater est gaudens formaliter, sed Veritas.

Consortium diuinorum personarum est summa felicitas. Hanc tamen singulare personam habent in se ipsis.

Vbi est sufficiencia, non est tunc non est necessarium, vbi est sufficiencia, non est, inquam, necessarium necessarium necessitate indigentia, quasi Deus non est beatus sine confortio personarum, nam sicut Deus, si esset persona una, se solum infinitate diligenter, ita & se uno infinitate frueretur, & gauderet. Sed tamen Dei natura non esset infinita, nisi esset fecunda; cum fecunditate autem numerus personarum est coniunctus; unde necesse est quod dilectio diuina sit communis tribus personis, & gaudium seu fruitio diuina similiter sit communis: & quoad hoc negatur consequen-

A ti, quod consortium in Deitate non sit necessarium, non necessitate indigentia, sed infinitate originis qua necesse est esse consortium personarum; quia necesse est in Deitate per originem esse personas eiusdem felicitatis consortes. Itaque personae sicut non addunt perfectionem, ut libro tertio dicemus, ita ne-

que gaudium, aut felicitatem addunt:

B Naturae tamen diuina sicut sine personis non esset infinita, ita non esset infinita felicitas: in hoc ergo sensu potest dici quod Deus sine consortium non esset perfecte beatus, quia non esset natura infinita, quae non esset secunda, & in qua origo non esset. Quod si infinita natura non esset, fruitio non esset infinita; tum ex parte actionis, quia actio fruendi non esset infinita, sed finita, ut in beatitudine finita est: tum ex parte obiecti, quia non esset fruitio infiniti boni. Sed absolute, sicut personae non addunt perfectionem naturae, ita neque bonitatem Deitatis; atque adeo non auget gaudium esse Deitatis, quod personae se invicem fruantur. Et hoc est quod argumento probatur, & nos libenter concedimus: & ideo absolute dicendum, quod Deus sine consortium esset perfecte beatus.

C Quo autem pacto ex hypothesi impossibili sequantur contradicentia, scilicet ex eo quod non esset consortium personarum, Deus non esset perfecte beatus; & item esset perfecte beatus; alia atque alia ratione argumentum deducendo, libro secundo docebimus in exemplo simili. Simpliciter enim & absolute, quia consortium non addit gaudium, recte sequitur quod Deus se ipso fruens sine consortium esset beatus perfecte; & hoc est consequens ad prædicatum. At vero ex parte & secundum quid, sine consortium natura non esset infinita; ergo neque perfecta beatitudo, quod est consequens ad subiectum.

D Ad nonum respondetur ex sententia eiusdem Tertulliani libro contra Præxam quod monarchia non euertitur, nisi vbi est armula dominatio; id est, vbi sunt duas potestates; sed duas personae possunt uti monarchia eadem: neque est superfluum adorare duas, & tres personas; distincta dominatio est necessarium, cum sit una monarchia trium.

Consortium personarum in Deitate est necessarium ad felicitatem, non necessitate in dignitatem, sed infinitate originis.

Natura diuina sine personis non esset infinita.

Vnde nec fructus esset infinita.

Probatur. 1.

Simpliciter & absolute dicendum quod Deus se ipso fruens sine consortium personarum esset perfecte beatus.

Istud est consequens ad prædicatum.

Ex parte & secundum quid, sine consortium natura non esset infinita; ergo neque perfecta beatitudo. Hoc est consequens ad subiectum.

25.  
Ad nonum.  
Monarchianum euertitur nisi vbi est armula atque adeo distincta dominatio est necessarium, cum sit una monarchia trium.

Ad

26.

**A**d ultimum, quod est Rabbi Joseph. Ad ultimum. respondetur, quod si loquamur formaliter neque binarius, neque unitas potest esse ternarius; quia sunt distinctae rationes formales: sed si nomina haec accidentaliter, sed materialiter pro rebus numeratim, unitas naturae, hoc est, natura una potest esse idem cum ternario personarum, hoc est, cum tribus personis, ut hactenus propugnauimus; binarius vero cum ternario nullo modo coniungitur. Nam illa identitas unius naturae cum pluribus suppositis est argumentum perfectissimae naturae, quae est maximè una; binarius vero rerum sive res duas, est ens per accidens imperfectissimum; & idcirco non potest esse idem cum ternario rerum. Quod si obijcas binarium diuinorum personarum, qui non est ens per accidens, & tamen non potest esse ternarius. Similiter respondetur, personas diuinias non posse conuenire inter se, sed cum natura diuina, quae est maximè una: quare ex eo quod personae inter se non conueniunt, binarius personarum est tantum binarius, & nullo modo ternarius. Ex eo verò quod conueniunt in natura maximè una, binarius est unitas naturae; & nullo modo binarius est ternarius. Conceditur ergo antecedens, quod binarius nullo modo potest esse ternarius; & negatur consequentia, quod unitas non possit esse ternarius.

Ratio.

Binarius ens per accidens in perfectissimum.

Instantia.

Respons.

Binarius personarum est unitas naturae, & nullo modo ternarius personarum, sed solum binarius.

## CAPVT XLII.

*Numerus ternarius nihil addit personis diuinis.*

**P**ost assertam diuinorum personarum distinctionem, consequitur disputatio de numero, An ternarius, qui cernitur in diuinis personis, sit res aliqua in tribus personis inuenta, sicut ternarius hominum est quantitas discreta, verum accidens, & res inherens illis. Diuidimus caput in partes quatuor.

Prima pars. *Quid sit unitas transcendens?*

Secunda. *Numerus in sola quantitate est ens reale.*

Tertia. *Numerus extra quantitatem quid sit?*

Quarta. *Numerus diuinorum personarum perfectissimus est.*

## PRIMA PARS.

*Vunità transcendens quid sit?*

**V**nitatem transcendenter, quae est affectio entis, Auicenna tract. 3. Metaphys. cap. 6. dixit esse rem aliquam omnienti communem, tam substantiae quam accidenti; ipsam verò unitatem non esse substantiam etiam in substantijs, sed esse accidens quoddam quo substantia una sit, sicut candore est candida, ut refert S. Thomas. Thomas in 1.d.24.q.13.art.3. Hunc videtur sequutus esse Ioannes Scotus. Eadem est Metaphys. q.4. & in 2.d.3.q.2. neque ab Scoti. ea sententia discedit in 1.d.3. q.3. arbitratur enim unitatem addere enti rem aliquam positivam, & non solam negationem. Et ita credunt alij ex schola Scotti. Et S. Bonaventura in 1.d.2.art.1. q.1. S. Bonaventura in Deo ait esse quid positivum (ut aiunt) in rebus verò creatis interdù esse negationem. Alij positivum quid constituant, non tamē additum enti, sed sola ratione distinctum, quibus videtur annuere Alexand. Alens. 1.p.q.13. membro 1. & Dominicus Sotus in Logica, Sotis. quod tamen positivum aiunt sine negatione non posse explicari.

**C**Ut nostram sententiam proponamus nominis significatio primùm expenda da est. Nam Latinis dicitur aliquando vnum, pro vnicō, id quod solum: cuius notatio nominis est, ut alia nō sint eiusdem nominis participatione coniuncta, ut est unus Deus, unus sol, hoc est vnicus. At verò non haec est unitas trascendens, sed alia diuersa; nam unitate transcendentie vnum inter plura numeramus; vnum, id est, vnicum potius separamus à numero.

**D**Ut ergo sententiam Auicennæ, & Ioannis Scotti refellamus, quod vnum addat enti aliiquid reale, ut amur argumentum S. Thomas; nam si unitas est res addita, ipsa unitas una est; ergo est una per unitatem additam. Scottistarum respondent mutari quo in quod, ut Socrates est candidus candore; ergo ipse candor erit candidus alio candore; quae consequentia non valet. Sed nequaquam occurrit argumentum in concreto; nam in transcedentibus est predicatione in concreto, & abstracto, ut entitas est ens, bonitas est bona; ergo unitas est una; & sic erit infinita progressio ar- guendo. Et confirmatur, quoniam si vnu Confitem. arg. est

Vnum aliquā dō pro vnicō.

Vnum trans- cendens & vnicum diffe- rent.

3. & vera sen- tentia.

Vnum nō ad- dit enti ali- quid positivū. I. argumentū S. Thomas.

Scotistarum responsio im- pugnatur.

In transcede- tibus est pre- dicatio in co- creto & abstra- cto, ut entitas est ens, boni- tas est bona, &c.

Confitem. arg. est

est res aliquo modo distincta ab ente, A sūt ibi dux vnitates, quibus duo, scilicet ens, & vnu, distincta sunt; nam quidquid ab alio distinctum est, vnum est; ergo ipsa vnitas vt est distincta ab ente, est vna vnitate reali; & ita procedit argumentum in infinitum.

4. **Responsio:** Huic argumento ultimo quidam res-  
Vasq. disput. pondent, negantes non posse ens conci-  
128. cap. 3. pi, nisi vt vnum, si remoueat numerus  
dicitis vnum singularis & pluralis; necesse est enim sin-  
non esse pa-  
sionem entis,  
sed entis singu-  
laris.  
singulari numero significatum esse vnum,  
plurali vero numero multa. Et idcirco B vnum non esse passionem entis, sed en-  
tis singularis: hoc autem verbo, esse, in-  
telligi sine vnitate ipsam rationem entis.  
Imo & argumentum hoc nobis etiam  
instare, qui vnum in negatione situm es-  
se aimus: nam ens sine negatione intel-  
ligi potest.

5. **Refellitur. 1.** Verum tota hæc responsio argumen-  
to non quadrat, & affert falsa quædam  
vt vera; falsum enim est vnum non esse  
passionem entis, ens enim absolutè di-  
citur quod est vnum. Præterea, ens quod  
abstrahitur ab uno & multis, adhuc est  
vnum. Itē multa sunt vnum sicut & ens,  
scilicet ens per accidens, & vnum per  
accidens: per hoc autem vehementius  
instamus; nam si multa consideremus vt  
vnum, illa vnitatis quid posituum addit  
multis, quo vnum sunt? quod si remo-  
ueamus multa, singulatim quodlibet ens

**Confirmatio-** quo positivo vnum est? sanè nullo addi-  
**nvisi doctri-** to, vt arguebamus. Verum neque vim  
**na declaratur.** argumēti apparet eos persensile: neque  
In ipso cōcep- enim volumus ipso conceptu entis clau-  
tu entis non di vnitatem; quod argumentum in nos  
clauditur indi- uisio; sed sta- retorquetetur; negatio enim propriæ  
tim consequi- vnitatis, quam ponimus, extra conceptū  
rur, nulla alia est entis: sed ingenuè contendimus ex-  
ratione positi- presso conceptu entis positivo, nulla alia  
ua interposita ratione positiva addita, consequi statim  
quæ sit vnitatis.

**S. Thom.** Denique, per hoc ipsum quod con-  
ceptui entis communi sideramus rem aliquā indiuisam, sine vlla  
nihil potest ad di quod sit pas- ratione positiva addita consideramus vnam:  
sio & quæ eom munis, nisi aut relationem, aut negatio-  
munis, nisi aut nem.  
relatio, aut ne-  
gatio.

6. **Fallitur** Qua etiam in re hi Doctores falluntur;  
**Vasq.** nam vt ratione entis abstrahant ab uno,  
abstrahunt ipsum ens cōmuni conceptu  
abstractione vniuersalis, quod neque sit  
vnum neque multa, quasi ens sit quid

communius quā vnum: quod & falsum  
est, & abs re proposita; disputamus enim  
de abstractione formalī, non de vniuer-  
sali, conferentes rationem vnitatis cum  
ratione entis, quas omnes contentur  
esse distinctas: vnitatis enim est affectio  
entis, quasi ens sit subiectum vnitatis, &  
sic abstrahitur vnum ab ente abstractio-  
ne formalī; & in singulis entibus necessere  
est distingui ens & vnum. Illi verò ab-  
strahunt ens ab uno, vt commune à sin-  
gulari, quod est abs re, & à veritate dis-  
crepans. Verum est quod ens, quod diui-  
ditur in vnum & multa, est quid commu-  
nius; sed ea divisio est quasi æquiocis:  
nam ipsum ens est vnum quomodo docūq;  
& diuiditur in id quod est simplicitè mul-  
ta. Quare & illud vnum quomodo docūq;  
iam non est pars subiecta entis, sed adæ-  
quata passio entis.

Deinde, vnum vt sic, distinguitur ali-  
qualiter ab ente; ergo vt sic, non est ens; 2. argum.  
ergo neque res vera est, neque addit ali-  
quid enti; quod enim non est ens, non est  
res aliqua vera. Adhuc, vnum vt sic, ad-  
dit enti accidentem formam, & inheren-  
tem, vt Auicenna docet; & ita vnitatis erit  
quoddam genus accidentis, & numerus  
genus aliud; nam vnitatis non est species  
numeri: & item erit genus commune om-  
nibus rebus etiam accidentibus, quia in  
omnibus inuenitur vnitatis, & numerus.

Si verò dicas, vnitatem in substantijs Responsio.  
esse substantiam, in accidentibus accidēs; Refutatur.  
non minora portenta opinionum con-  
tingis. Iam numerus substantiarum, quæ  
substantia erit, quæ in pluribus simpli sub-  
stantijs existat? Quod argumentum tra-  
stabimus p. 2. cap. de numero differētes.

Denique, per hoc ipsum quod con-  
sideramus rem aliquā indiuisam, sine vlla  
alia ratione addita consideramus vnam:  
ergo vnum nihil addit ad rem, nisi esse  
indiuisum; nam si vnitatis esset res aliqua  
præter indiuisionem, quamuis considera-  
retur indiuisa, adhuc non considerare-  
tur vt vna. Est ergo verissima Aristote-  
lis, & S. Thomæ sententia, quod vnum  
solum addat indiuisionem.

Ex quibus facile promittur responsio  
ad illam obiectionem, quod negatio que-  
inuenitur in conceptu vnius, necessariō lebris.  
consequatur aliquod fundamentū adæ-  
quatū positivū; & illud fundamentū  
esse ipsam rationem formalem vnitatis  
positi-

Ens & vnu ab  
strahuntur ab  
inuicē vt sub-  
iectum & pro-  
prietas, ac pro-  
indē abstracti-  
one formalī,  
non verò vni-  
uersali.

Ens quasi æ-  
quiocum di-  
uiditur tāquā  
cōmunius, sed  
adhuc sic vt a-  
liquo modo, v  
nu, in simpli-  
citer vnum,  
& simplicit er  
multa.

7.

3. argum. ab:  
dit enti accidentem formam, & inheren-  
tem, vt Auicenna docet; & ita vnitatis erit  
quoddam genus accidentis, & numerus  
genus aliud; nam vnitatis non est species  
numeri: & item erit genus commune om-  
nibus rebus etiam accidentibus, quia in  
omnibus inuenitur vnitatis, & numerus.

8.

4. argum. effi-  
cax.

9.

1. obiectio ce-  
lebris.

10.

Soluitur.

positiuam. Cōcedimus enim priorē partem, negamus posteriō em. Nam si negatio esset in quibusdam entibus, in quibusdam non esset; firmissimo argumento conuinceretur ea entia distingui aliquo fundamento, quod esset in his, nō in illis; sicut etiam negatio hēc in his esset, non in illis. Quod argumentum facimus libr. 4. de negatione incomunicabilis contra Ioannem Scotum. Sed cum om̄ ipsa ratio en- ne ens reale sit vnum, ipsa ratio entis est tis est funda- fundūmentum ad equatum istius nega- mentum ade- tions, sive unitatis, ut ex dictis liquet; quatum indi- neque aliud fundamentum licet confin- visionis, seu gere.

**11.** Ex his duo coniuncta accipiēda sunt; Ex dictis ex alterum est, quod vnum nullo modo duplicantur duo distinguunt ab ente, quod Aristoteles dolo Aristotel. cœt 4. Metaphys. cap. 2. Probatur, quo Primus.

**Secundus.** Vnum distin- guitar abente nō re ipsa, sed ratione, id est, definitione. Vnitas nō est purum nihil, sed est negatio concomitans ens verum.

**12.** Sed quidam nobis obijciunt locum selectum ex Aristotele 10. Metaph. c. 5. quo in loco verbis conceptis ait vnum & multa opponi cōtrariè; oppositio autem cōtraria est inter positiva, ut liquet; est ergo vnum aliquid posituum. Et S. Thomas eodem loco planè confitetur, ea esse contrariè opposita, non priuatiū; licet hēc oppositio contraria sequatur priuatiū. Et rem istam se ex sententia Aristotelis commonstrauisse proculdubio existimant, missa explicatione

Commentatoris, qui nostris partibus faveat, dum ait Aristotelem dixisse oppositionem contrariam, quia hēc reuocatur ad priuatiū. Nos verò nihil refragamur, si rectè expendatur doctrina: neque enim vnum opponimus priuatiū multitudini, ut illi credunt, sed diuisioni priuatiū opponi dicimus. Vnum autem & multa, quæ sunt membra dividēta ens, includant ipsum ens: itaque ens diuiditur in ens vnum, & entia multa, quæ membra diuidentia sunt contraria, quia sunt positiva; verbi gratia, si diuidas Petrum à multis hominibus, oppositio inter Pe-

A trum, & multis homines est contraria. Neque S. Thomas in eo asserto resistit, intuens solertè non esse contrarium dō trinæ suæ de vno, quod est passio entis oppositum priuatiū diuisioni, id quod Aristoteles ait de vno ente, quod est membris diuidens ens commune, oppositū contrariè multitudini, cum discriminē appareat clarissimè. Quem cōmentarium non nihil innuit Philosophus eodem loco, afferens vnum & multa opponi multis modis, scilicet priuatiū, ut est indivisum & diuisum, quod paulò anteā docuerat; & contrariè, in quantum vnum ens, & multa entia.

**13.** An verò vnum significet ipsum ens & negationem simul, ut volunt Iauellus, ac Paulus Soncinnas in Metaphys. & Ioannes Capreol. in 1. d. 24. q. 1. parùm refert ad præsentem questionem. Sanè conflatum illud ex ente, & negatione non potest esse res significata per simplex nomen. Probatur, quia ens & negatio diuisionis differunt definitione, ut modò dicebamus; ergo non potest vtrūque vno nomine significari. Neque S. Thomas eorum sententia Auctore est, etsi saepius dicat vnum significare rem indiuisam: utitur enim verbis clarioribus ne circumloquendo diceret quod vnum significat indiuisionē in re. Et 1. p. q. 30. ar. 2. eodem loquendi modo ait, vnum additum personis significare ipsas personas, & ita res alias, quibus additur. Quod si de formalis significatione loqueretur, vnum non significat singula cum quibus coniungitur, sed quid communissimum quod cum ente reciprocum est. Argumenta verò Ioannis Scoti minimè efficacia sunt, quibus facile respódet Thomas Caiet. 1. p. q. 11. art. 1.

Sed iam explicandum est, quæ diuisionē illa sit, cuius negatio est vnitatis. Potest enim intelligi res indiuisa duplicitè, ut notauit Paulus Soncinnas 4. Metaphys. q. 23. ad 1. vel indiuisa à se, quasi sit eadem sibi; vel indiuisa in se, quasi in se non habeat diuisionem. In primo sensu indiuisum non est vnum simpliciter, nam aceruus lapidum est indiuisus à se, & idē sibi; id enim quod concipio hoc nomine acerui, idem sibi est, alias aceruus non esset aceruus, si esset aliud à se & diuisu; aceruus autem lapidum non est vnum simpliciter. Dicitur ergo in sensu posteriori vnum simpliciter id, quod est indiuisum

Vnum opponit contrariè multitudini, prout est membrum diuidens ens commune: priuatiū diuisioni prout est passio entis communis.

Cōtra Iauel. Soncinnatē. Capreolum.

Vnū non significat de formalī conflatu ex ente, & negatione.

Probatur.

S. Thomas

explicatur.

Ad argumēta Scoti Caietanus.

14. Soncinnas.

Vnum secundum quid est indiuisū à se, v. c. aceruus, &c. Indiuisū māse & in se, vnum acerui, idem sibi est, alias aceruus non simpliciter, v. c. Angelus, ho aceruus autem lapidum non est vnum mo, &c.

oīsum non solum à se, sed in se; ita ut ip-  
sum vnum non sit plura diuisa, sed vnum  
in se indiuisum quod vnitatem retinet:  
**S. Thom.** ideòque S. Thomas 1.p. q.6.art.3. & q.  
11.art.1.id quod simplex est ait esse vnu  
indiuisibile, non solum indiuisum, sed  
quod neque diuidi possit: compositum  
autem esse vnum indiuisum, sed non indiuisibile, quia diuidi potest. Et hoc sig-  
nificat Aristot. 10.Metaphy. cap.2. illis  
verbis, *Quod verò est indiuisibile, aut in-  
diuisum, id dicitur vnum.* Est ergo vnum  
id quod est in se indiuisibile, aut indiu-  
sum est.

15.

**Vnum simpli-** Qua in re falluntur ij, qui putant vnu  
citer est diui- opponi divisioni, qua aliqua sunt diuisa  
sum diuisione inter se; imò vnum est diuisum ea diui-  
qua aliqua sūt sione; nō ergo ea diuisio opponitur vni-  
diuisa inter se; Sed dicendum est vnum opponi diuisione  
non illa qua aliiquid cogita ni, qua aliquid cogitatur in se ipso diui-  
sionis op. Metaphys. cap.6. ait aliquod esse vnum,  
ponitur.

**Arist,**

qua ratione nō habet diuisionem, id est,  
qua ratione in se ipso non est diuisum;  
nam non esse diuisum est non habere diuisionem. Verum est quòd vnum, vt est  
principium numeri, consideratur vt di-  
uisum ab alio: sed neque vt sic, opponi-  
tur multitudini diuisæ, nisi vt pars diu-  
sionis.

16.

Obseruandum est autem, cum vnitas  
sit indiuisio, qua est negatio diuisionis,  
diuisionis nomē æquiuocū esse; vel enim  
diuisio significat relationem, qua vnum  
diuisum est diuisum ab alio diuiso, seu  
distinctum à distincto; vel significat diu-  
sionem eam realem, quam affert quanti-  
tas; vel significat negationem qua vnum

**Vnum trans-** non est aliud: vnitas ergo transcendens  
cendens negat non est negatio, qua neget relationem  
diuisione, qua est negatione iei-  
de re, seu qua  
vna res nō est  
alia, & ita est vt docet S. Thomas 1.p.q.11.art.2. ad  
negatio nega- 4. nam rem esse diuisam ab alia negati-  
onē, est rem non esse aliam; qua est realis  
negatio, quia re ipsa leo non est equus:

**S. Thom.** Probatur. rem autem esse vnam, est non esse diui-  
sum in se; esse autem in se diuisum, est es-  
se plura, quorum vnum non est aliud; &  
vnum non esse aliud, est negatio realis  
in rebus ipsis inuenta; ideòque modò di-  
cebamus diuisionem esse negationē rea-  
lem. Si autem neges hanc negationem  
realem, qua est diuisio negativa; hæc se-

**A**cunda negatio qua est diuisionis nega-  
tio, est indiuisio, & ipsa est negationis  
negatio. Istæc autem indiuisio, qua est  
ipsa vnitas, sic explicatur: Indiuisum est Indiuisio hæc  
quod non est plura, quorum vnum non  
est alterum; hoc auté indiuisum est vnu, elucidatur.  
quod scilicet non est plura; plura autem  
sunt, quorum vnum non est alterum: er- Plura sunt  
go vnum significat indiuisionem, seu ne- quorum vnu  
gationem diuisionis, & cum diuisio sit  
negatio, significat negationem negatio-  
nis. Est ergo vnitas quædam negatio ne- **S. Thomas**  
gationis. Et ideò dicitur à S. Thoma in vnitate cur ap-  
sententijs loco recitato art.3. quod vni-  
pellet negatio  
tas sit negatio rationis, quia est negatio nem rationis.  
negationis. Dicitur autem vnitas realis, Cur dicitur  
quia inuenitur in rebus: & quia per hoc vnitas realis:  
magis accedit ad res ipsas; quia dum ne- 1.ratio.  
gat negationem, quasi ponit rem ipsam:  
vnum enim simplicitè dicitur ens; plu-  
ra autem, ens secundum quid dicuntur,  
scilicet ens per aggregationem, vt lapi-  
dum cumulus.

**C**lam doctrinam quidam impugnant  
imbecilli argumento asserentes nullam Obiectio vul-  
esse negationem negationis. Quod argu- garis.  
mentum sola confutacione anteceden- Responsio.  
tis refringitur; neque illud antecedens  
probant, sed simplicitè affirmant, nega-  
tionis non esse negationem: cum autem  
negatio nihil sit in re, sed in solo intelle-  
ctu re ipsa fundata, quid prohibet intel- Nihilprohi-  
ligendo remoueri ipsam negationem? bet intelligen-  
Quam negationem negationis eluci- dò remoueri  
do, manifestè ostendimus haud esse diffi- ipsam negatio-  
cilem intellectu. nem,

**D**Sed contra hæc, nouam perlegi expli- 18.  
cationem in commentarijs Metaphysi- **Suar. tom. I.**  
cis, qua his nostris lucubrationibus cō- **Metaphys.**  
positis in lucem prodiere, in quibus as- **disput. 4.**  
seritur vnitatem transcendentem esse qui- **tenens vnitatem transe-**  
dèm negationem, sed non esse negatio- dentem esse ne-  
nem negationis, sed esse negationem mul- gationem mul-  
titudinis. Quòd si obijcas ex S. Thoma titudinis.  
1.p.q.30.art.3.ad 3. & Opuscul.42.c.2. **Ex S.Thom.**  
consequens esse vt multitudo antecedat impugnatur.  
vnitatem, siquidèm vnitas est negatio  
multitudinis; id auté quod negatur, ante- **Respondet.**  
cedit negationem. Respondet vnitatē  
transcendentem non negare multitudi-  
nem actu existentem, esset enim vnitas  
tunc posterior multitudine; & illa mul-  
titudo est extra ens illud, quod dicimus  
vnum, scilicet extra Deum, quod est pri-  
mum vnum; & ita multitudo rerum an-  
tecederet Deum: sed ait vnitatē negare  
Ait negari  
multitudinē  
non extra ens  
vnum, sed in  
multitu- ipso.

Hæc negatio multitudinem in ipso ente, quæ negatio explicatur dicendo, hoc ens non est multa. Et ita una sola est negatio, & non est negatio negationis: licet enim hæc alia sublimentia. In multitudine, teat negatio, quod scilicet plura sunt, ne ait negatio quorum unum non est aliud; ut ita dicendum contineri mus, hoc ens non est plura, quorum unum non sit aliud; tamen hæc secunda negatio non negatur, sed continetur in multitudine quæ negatur, dicendo, hoc ens non est multa entia. Et ita unitas non erit negatio negationis, sed erit negatio multitudinis; non multitudinis præexistentis, & extra ens quod unum dicitur, sed negatio multitudinis in ipso ente uno.

19.

**Resolutio.** Vnum non est negatio plurimum, sed divisionis.

Probatur. Precedit multa & cognitione posterior, quia multa numeri incipientes ab uno. Itaque multa intelligimus, quia est unum & unum non ergo intelligimus unum quia non est multa; intelligeremus enim prius per posterius; prius, inquam, scilicet id quod prius intelligimus, intelligeremus per id quod posterius intelligimus, quod est impossibile. Quare cum diximus unum esse id quod non est plura, quorum unum non sit aliud, claritatis causa diximus ad rem melius tyronibus explicandam. Sed si exactè & formaliter loquendum sit, unum non est explicandum per negationem plurium, sed hoc modo; unum non est aliquid, quod sit hoc & hoc, & hoc non sit hoc. Et ita utraque negatio intelligitur necessariò in conceptu unius, ita ut unitas sit negatio negationis, quod ad finem cap. magis explicabitur. Ex quo, habentes iam quid sit unum, procedimus;

**Exactè & formaliter** sic explicatur, unum non est aliquid quod sit hoc & hoc, & hoc non sit hoc.

20.

**S. Thom.** Neque multitudo est negatio unitatis.

**Ratio.** Multitudo nil addit ad unum & unum ad multitudo, sicut ergo unum quodque eorum est unum, non est plura, quodque divisionis circa se, ita sunt multa negationibus divisionis su-

gulorum circa se. Nam si multitudo aliæ se ad indicat, quid aliud esset aliqua ratione unum, et si divisiones singulæ attribuendum alicui enti, & non pluribus, aut esset accidens in pluribus entibus, ut numerus quantitatis; & non esset ipsa entia plura. Igitur neque unum est negatio multitudinis, neque multitudo est negatio unius.

**Ex quibus consequens id, quod S. Thom. docet ibidem, & i. p. q. 1. art. 2. ad 4. & q. 30. art. 3. ad 3. ut commentat S. Thomas Cajetanus, quod unitas in cognitione nostra posterior est divisione. Unitas in cognitione, secura antecedit negationem; sed in re ipsa unitas est prior quam divisione, quia prius est res una quam res multæ, in quibus certatur divisione, ut etiam docet Aristoteles i. o. Metaphys. tex. 9. In Doctrina vero est prima unitas, unde omnis multitudo emanat. Multitudo autem & cognitione & re ipsa posterior est unitate; quia non solum res una antecedit natura res plures; quia ab una causa multitudo rerum profluit: sed etiam cognitione unum antecedit, quia ab uno intelligimus plura, ut explicatum est. Et ideo docet S. Thom. d. 24. q. 1. art. 2. ad 2. multitudinem definiri per unum, quia est ex unitate. Unitas ergo non est negatio multitudinis, sed divisionis; quia hæc negatio oportet ut sit posterior ea, ut quam negat; sed unitas, quæ est negatio, non est posterior multitudine, neque re, neque ratione; est vero posterior divisione secundum rationem. Est ergo unitas negatio divisionis, & non multitudinis, ut modo dicebamus.**

**Secundò sequitur unum & multa non opponi priuatè per se, quia unitas non sequens.** Secundum est negatio, seu priuatio multitudinis; Vnum & multa non opponi ut membra divisionis opposita, quia ens dividitur in unum & multa, teste Aristotele: unum autem, & divisi, scilicet divisum in se ipso, opponuntur priuatiè, quia unitas est negatio divisionis. Cum vero ab Aristotele i. o. Metaphys. tex. 9. & S. Thomas i. p. q. 1. art. explicantur, i. unum & multa priuatiè opponi dicuntur, intelligitur non per se, sed per aliud; Opponuntur quia multa, quæ sunt in se ipsis divisa, se priuatiè per cundum quod divisa, opponuntur unum aliud, non qua priuatiè, sed non per se, secundum quod tensum est multa, sed secundum quod divisa sunt. Neque vero unum est priuatio multitudinis, cuius est pars, sed multitudinis, seu potius divisionis, quæ in ipsis non

**Idem S.Thom.** non est, ut S.Thomas explicat in solutione ad 4.& in 1.d.24.q.1.art.3. Quem locum frustra alij conantur pertrahere in suam sententiam, cum aperte ponat S.Thomas negationem negationis, siue diuisionis, quæ est negatio.

**23.** Tertiò sequitur quod illa diuisione en-  
tis in vnum & multa, est æquiuoci, siue analogi. Nam ens simpliciter est vnum simpliciter; & est plura secundum quid, si fit compositum: plura vero simpliciter, vnum simpli non sunt ens simpliciter, sed ens secun-  
citer est ens dum quid, & vnum secundum quid; quo-  
sim pliciter. Plura sim-  
pliciter sunt ens secundū quid.  
**S.Dionys.**

**S.Thoma** locus explica-  
tur primo & planius.

**Caietan.**  
**Explicatur se-  
cundo.** Ensis diuiditur per vnum & multa, quasi per vnum sim-  
pliciter & multa secundum quid. hoc  
est, ita diuiditur ens per vnum & multa,  
vt vnum simpliciter sit ens, plura vero  
secundum quid sint ens, vt etiam com-  
mentatur Thom.Caiet. Aliter etiā ver-  
ba componendo, vt simpliciter & secu-  
dum quid coniungantur cū verbo, diui-  
ditur; scilicet, ens diuiditur & simpliciter  
per vnum, & secundum quid per plu-  
ra; & redit in idem. Sed nostra explica-  
tio videtur simplicior & planior, vt in  
membris dividentibus intelligatur ipsū  
diuisum ens. Et ita vnum dicitur ens sim-  
pliciter, plura autem dicuntur ens secu-  
dum quid.

**24.** **4.consequens.** Quartò sequitur Deum esse maximè Deus est ma-  
xime vnuus. vnum, quod S.Thom. ostendit 1.p.q.11. art.4.& 1.sententiarum d.24. q.1.art.1. & Boetius de vnitate & vno, cap.1. Nam ceteræ res creatæ, quia constant saltem essentia & existentia, etiā simplices for-  
mæ, secundum quid sunt plura, licet sim-  
pliciter sint vnum. Deus vero quia sim-  
plicissimus actus est, neque secundum quid est plura secundum essentiam, & existentiam, & attributa: & ita est maxi-  
mè & modis omnibus vnuus secundum essentiam. Est etiam Deus vnuus non nu-  
mero vnum, sed ante omnem numerum, vt ait Marius Vict.lib.3.contra Arium. Sed de personis dicemus postea.

**25.** **2.objectio.** Est tamen vnum & alterum dubium; primum contra id quod dicitur vnum esse priuationē divisionis; priuatione enim est in subiecto apto, & capaci formæ qua-

A caret, lapis enim non est cœcus, quia non est aptus ut videat: sed Deus nullo modo potest diuidi; ergo indiuisione in Deo non est priuatione. Secundum, contra id Secunda, quod dicitur, vnum esse negationem divisionis. Hæc negatio est realis; sed diuisione non antecedit vnitatem, nisi sola consideratione; ergo non est negatio divisionis, sed alicuius formæ, quæ vnitatem primam antecedat.

**26.** Ad primum respondetur facile, hæc Ad primam. & similia dici priuatione, eò quod non Primò. sunt puræ negationes. Et satis est quod Secundò. in rebus similibus inueniantur formæ positivæ istarum priuationum; vt infinitum ens est Deus Optimus, qui nequit esse finitus; sed sunt cetera entia finita. Eodem modo res singulæ dicuntur individuae, quia res plures diuisæ sunt.

**27.** Ad secundum respondetur, quod hæc Ad secundam. passio entis non constat sine considera-  
tione intellectus, quia est negatio; dici-  
tur tamen inueniri in re ipsa, quia in re  
est aliquid, vnde hæc negatio à nobis co-  
sideratur tanquam rei inhærens. Prima  
igitur vnitas, quæ est diuina, antecedit re  
ipsa multitudinem, & diuisionem quæ in  
multitudine est; sed in intellectu diuino  
consideratur diuisione, quæ est negatio pri-  
ma, per hoc, quod Deus intelligit tanquam  
primum enunciabile quodlibet esse vel  
non esse; in quo enunciabili intelligitur  
prima negatio inter ens & non ens; & in  
eodem comprehenditur falsa negatio  
quod hoc ens non sit hoc ens, cuius ne-  
gationis vera negatio est prima vnitas,  
scilicet, quod hoc ens non sit hoc & hoc,  
ita vt hoc non sit hoc: & hæc secunda di-  
citur negatio diuisionis, siue negationis;  
quia diuisionem hic accipimus pro ne-  
gatione: & hæc est prima vnitas realis  
antecedens multitudinem. At vero ad  
considerationem intellectus non est nec-  
esse vt diuisione illa, cuius negatio est vni-  
tas, antecedat re ipsa vnitatem; nam di-  
uisione illa, vt disputamus, est quedam ne-  
gatio quod hoc non sit hoc, quæ negatio  
est falsa ante primam vnitatem: quia de  
vno non potest vere dici quod hoc non  
sit hoc. Id autem quod præintelligitur  
non est necesse quod præintelligatur ut  
verum, neque vt insit in re ipsa; immo quia  
vnitas entis est vera negatio, est negatio  
falsa negationis; & ita Deus est vnuus,  
quia non est hoc & hoc, ita vt hoc non sit  
hoc: & similiter intelligitur vnitas in alijs  
rebus.

In 1.enuncia-  
bili prima ne-  
gatio, seu di-  
uisione intelli-  
gitor.

Item falsa ne-  
gatio, cuius ve-  
ra negatio est  
prima vnitas  
realis.

Vnitas entis  
est vera nega-  
tio huius false  
negationis pre-  
cepte, quod  
hoc ens nō sit  
hoc ens,

rebus. Est itaque unitas negatio negationis duntaxat praeconceptæ : & ita intelligendum est quod S. Thom. docet in 1. Sententiarum d. 24. q. 1. art. 1. & 2. & ar. 3. ad 2. Id autem quod ait, Vnum esse illud, quod non est ens & non non ens, sic ex Vnum nō est plicandum est, Id quod est vnum, non est hoc & nō hoc, hoc, & non hoc, & ideo non est A. & B. & ideo nō est nam A. & B. est A. & nō A. quod est ens A. & B. seu plu & non ens, siue hoc ens, & non hoc ens. ra.

Ens & nō ens est primū cognitum, in quo est negatio.

In obiecto cognito vna negatio includitur in ratione alterius, vt antecedens.

**C**um ergo dicitur quod vnum non est plura, neque est A. & B. intelligitur quod non est ens & non ens, vt exposuimus.

**C**ontra **Marius Victor.** lib. I. contra Arium, illud vnum primum quod antecedit omnia, excogitat ante ipsum ens, dicēs. *Hoc enim vnum ante omnia, id est, ante ens, quod Græcè on, dicitur.* Et quidem cum ratio vnius conueniat etiam entibus rationis, si sola negatio consideretur quæ non sit in rebus, poterit cogitari vnum præcisamente veri entis. Sed cum ipse Marius ponat vnum quod antecedit cætera quæ verè sunt vnum, & quod sit principiorū principium, nos potest sic cogitari vnu ante ens: imò vnum consequitur ens, vt hac disputatione liquet; quare fatemur nos non capere quid sibi velit Marius anticipans ipsum ens intelligētia vnius.

### Confirmatio.

**Pythagoras & Plato apud S. Thomam. Arist.**

**Q**VAM tuemur sententiam tenent Pythagoras, & Plato, vt refert S. Thom. I. p. q. II. art. 1. & Aristoteles 4. Metaph. cap. 2. scilicet quod vnum addit enti indiuisionem, quæ est quædam negatio, non res. Eo enim capite sœpius repetit unitatem priuationem, vel negationem afferre. Et lib. 5. cap. 6. sic ait. *Vniuersim autem ea que diuisionem non habent, ea ratione qua non habent, vnum*

**A**dicuntur. Igitur ratio vnius ea est, vt diuisionem non habeat; non habere autem diuisionem est negatio, seu priuatione diuisionis, & hoc ipsum significat non esse in se ipsis diuisa, vt explicauimus; & hoc idem sœpius repetit. Quare dubitandum non est apud Aristotelem, sicut & apud Pythagoram & Platонem in Parmenide, quod vnum significet indiuisionem formaliter. Eadem est sententia S. Thomæ apertissima 4. Metaphys. & I. p. q. II. & alias sœpius, estque Doctorum ferè omnium communis. Durand. d. 24. q. I. Hērici quodlibet. I. q. I. Gregor. d. 24. q. I. art. I. & Thomistarum omnium.

### SECUNDA PARS.

*Numerus in sola quantitate est ens reale.*

**D**E numero oppositæ sūt extremeræ, sententia, inter quas Aristoteles Arist. medium sequitur. Parmenides enim, Pythagoras, & Plato, qui unitatem recte tia, & extrema collocarunt in indiuisione, vt diximus; eandem tamen posuerunt etiam principium esse numeri: quare sicut unitas est quædam negatio, ita & apud eos numerus est quædam negationum aggregatio, & non est accidens, neque ponitur in genere. Aristoteles verò hanc sententiam corredit; nam numerum posuit in genere quantitatis, cuius principium non sit unitas transcendens, vt illi credidetunt; sed unitas in quantitate, vt mox expli- cabimus.

**A**uicenna autem qui posuit unitatem rem distinctā ab ente, & accidens quædam, eandem unitatem posuit partem esse numeri tract. 3. Metaph. cap. 6. quare videtur credisse numerum genus esse quoddam accidentis per omnia genera rerum perutagatum; ita vt in duobus cædoribus sit quidam binarius vera species numeri, & sic de omnibus rebus alijs. Aristoteles tamē in sola quantitate ponit numerum, quod sit accidens reale, non verò in alijs generibus, vt Auicenna.

**C**ontra primam Parmenidis, aliorūq; sententiam, aduertendum est, quod cum vnum & multa opponantur, vt partes diuisionis entis, sicut vnum est in se indiuisionum, ita & multa sunt multa vna, quasi aggregatio indiuisorum in se ipsis, quo- rū singula sunt vna, & in se ipsis indiuisa, in se ipsis, Cum

Sekunda, &c media Aristot.

Tertia, & ex- trema Auicenna.

Cum verò vnum dicitur non solum in-  
Vnum vt est diuisum in se, sed etiam diuisum à quo-  
diuisum à quo libet alio, consideratur vnum iam non  
libet alio, est secundum rationem præcisam vnius, sed  
principiū nu-  
meri.  
vt vnum est principium numeri. Obser-  
uandum enim, quod formam, secundum

Primū actū quod dat esse, qui est quasi primus actus  
formæ, qui est formæ, sequitur vnu, quod est indiuisum,  
dare esse, sequi quæ est propria ratio vnius; at verò se-  
tut indiuisio cundū quod forma distinguit ab alijs,  
in se.

Secundū, qui quitur vnum quatenus est ab alijs diui-  
sum, & est principium numeri. Dicimus  
vnius rei ab alijs, sequitur autem distinctionem vnius rei ab alia  
diuisio ab alijs effectum secundum formæ, non realem

effectum aut distinctum, cum distinctio  
sit quedam negatio, scilicet hoc non esse  
illud, sed nostro intelligendi modo, quia  
formæ quæ dat esse, hoc tribuimus vt  
propriæ causæ quod distinguat hoc ab  
alijs, scilicet, vt propriæ causæ huius ve-  
ritatis, quod hoc non est illud. Et modo

codem multitudo dicitur aggregatio re-  
rum non solum indiuisarum in se ipsis,

Consideratur sed diuisarum inter se, quia cōsideratur  
multitudo in ratione numeri. Nam de  
ratione nume ratione numeri est diuisio, & discretio.  
ri.

Arist.

Aristoteles ergo considerauit res mate-  
riales diuidi quantitate, numerum plu-  
rium rerum quantitate diuisarum, quæ  
quantitas est verum accidens substantiæ

additum, intellexit esse accidens verū; &  
posuit in genere quātitatis, appellavitq;  
est quantitas quantitatem discretam. In ceteris verò  
discreta. In ca- rebus, quæ se ipsis diuiduntur, & nō quā-  
teris, negatio. tate adiecta, intellexit diuisionem ea-  
rum nihil aliud esse, quam negationem  
quandam quod vna res non sit alia; & in  
his non posuit numerum, numerum, in-  
quam, qui sit res quæpiam, vt est num-  
erus in rebus quantis. Quare vbi princi-  
pium numeri est vñitas quantitatis, quæ  
est accidens substantiæ, videtur esse &  
numerus verum accidens, & non sola  
aggregatio vñitatum.

Numerum in esse rem aliquam cum Aristot. & plerisq;  
omni re addre Philosophis, eum tamē non in sola quā-  
reformam po tate reperiri aiunt, sed in omni re quā  
situam, sensit numeramus. In qua opinione est Ioānes  
Scotus.

Scotus cum alijs, qui aiunt vñitatē esse  
rem veram positivam: & cum vñitas sit  
principium numeri; èadem ratione qua  
constituitur principium numeri in quan-  
titate, scilicet ratione aliqua positiva, in  
alijs rebus incorporeis non quantis erit

A quoque vñitas principium numeri ra-  
tione aliqua positiva. Et hoc etiam ar-  
gumento comprobant vñitatem esse ali-  
quid positivum; sicut & vñitas quæ est  
principium numeri in quātitate est quid  
positivum. Quare numerum aiunt non-  
nulli esse formam quandam realem dis-  
tingtam à rebus numeratis ex natura rei  
aut potius sola ratione formalis; & eum  
esse communem numero quanto & non  
quanto, scilicet numero rerum corpo-  
rearum, & spiritualium; deque eo nume-  
ro Arithmeticum disputare.

Hi Doctores contra Parmenidem ve-  
rè sentiunt numerum non esse solam ag-  
gregationem vñitatum; sed cum Auicé-  
na volunt omnem numerū esse ens rea-  
le; eo tamen fortè dissentunt etiam ab

Auicenna, quod non explicant, Vtrū  
nummerus extra quantitatem sit accidēs,  
aut vnum aliquod genus entis per om-  
nia genera diuagatum. Refellenda igi-  
tur est Auicénæ sententia simul cum ad-

iecta opinione, quæ non solum pugnat  
cum Aristotelis doctrina, sed cum ipsa  
veritate. Et quidēm Aristoteles nume-  
rum in sola quantitate collocauit, nume-  
rum, inquam, quod sit verum ens. Alias si

extra quantitatē est numerus, noua Ca-  
thegoria est à quātitate distincta, scilicet  
nummerus, quod erit genus summum cō-  
plexum numerum in quantitate, & nu-  
merum extra quantitatem; quantitas

enim continua non est in eo genere nu-  
meri: sunt ergo genera duo, alterū quā-  
titatis, alterum numeri; sed hoc nouum  
aliud paradoxō inuoluit, disturbat enim

ordinem prædicandi in Cathegorijs; nā Non est gen'  
si numerus qui in quātitate cernitur est  
quedam quantitas, est vera species quā-  
titatis, & quantitas est summum genus

huius speciei: at verò hæc eadem quan-  
titas, quam discretam appellamus, est  
vera species generis numeri; siquidēm  
nummerus est summū genus complectens

nummerum in quantitate, & extra quanti-  
tatem: ergo vna & eadem species habet  
duo genera summa; quod est monstrum  
Dialecticum, & animal biceps. Et præ-  
tereà, numerus substantiarum spiritua-  
lium non potest esse accidens reale: cum

enim compositus sit numerus suis parti-  
bus, esset accidens ex substantijs com-  
positum; imò esset ex substantijs actu di-  
uisis compositum; quæ compositio fingi  
non potest. Sed neque is numerus est

Probatur. 2. Non est acci-  
dens reale, nec  
substantia.

substan-

substantia, ut liquet; ergo nulla res est; non est ergo extra quantitatem numerus.

**6.** His ipsis rationibus conuincimus, solum in quantitate reperi numerū: numerus enim est accidens substantiae, ut & alia accidentia; accidit autem numerus substantiae, quia & quantitates continuæ, quæ sunt partes numeri, accidentia substantiae. Et hac eadem ratione numerus non est nouū genus, sed est quantitas discreta, species quædam quantitatis, quæ est genus summum. In eo autem quod non explicant, Vtrum numerus communis quanto, & non quanto, sit genus, an non? melius quidem sapiunt. Nam genus non esse conuincimus manifestè. At verò facile erit probare non esse transcendens:

Non esse trāscendens infra nam 3. & 4. parte capitis probabimus numerum trāscendentē non esse quid realē, sed solas vnitates aggregatas, vt dicebat Parmenides. Imò nullum est trāscendens quod non sit negatio, aut relatio rationis, vt lib. 3. ostendemus ex doctrina S. Thomæ. Adhuc is numerus nō est accidens aliquod, quia esset genus: neque substantia, vt probauimus. Quid ergo est quod neque genus est, aut in genere; neque transcendens; neque verò substantia, neque accidentes; neque aliquid sanè existens extra quantitatem.

**7.** Difficultas, quomodo fiat vnum totum quantum ex multis actu diuisis & non coniunctum ex multis actu diuisis.

Explicatur. 1. supponendo numerum solum ratione esse distinctum à quantitatibus, quibus cōponitur, etis, difficile est explicatu. Nam si putaremus numerum sola ratione esse distin-

ctum à quantitatibus, quibus cōponitur, facilius respōderemus numerum esse rē vnam modo quodam intelligendi, non la ratione esse vnitate reali indiuidua; sed tamen non ponetur in prædicamento directe, vt vera species sub qua sunt indiuidua vnitate reali existentia; sed solummodo reuocaretur ad genus, vt quidā existimant de oratione & tempore, quæ sunt quedā D mensuræ; nam & numerus mensura est.

Et adhuc sic opinatibus numerus in sola quantitate ponendus est, quia extra quantitatem numerus non est accidens, quod possit reuocari ad genus accidentis. Quod si existimemus esse veruna accidens creatum & existens, & constitutū in genere, quod necesse est ex natura rei esse distinctū à quantitatibus continuis; dicendum est, nihil mirum id accidens componi ex multis actu diuisis, quia hęc

A est propria ratio illius, ut sint actu diuisa illa, ex quibus cōponitur: nihil enim est numerus, nisi discreta quantitas, hoc est, diuisæ quantitates. Quare sicut integrū continuum constat partibus coniunctis, coniunctis, inquam, non per actum, & potentiam, sed per puncta, lineas, & superficies; ita integrum discretum constat partibus non per actum & potentiam, coniunctis, neq; per lineas, & superficies copulantes, sed per easdem diuidentes, quia numerus diuisione coalescit: & ita & superficies, partes numeri coniunguntur in quadam ratione totius quanti, quod numerum B appellamus, licet inter se sint diuisæ diuisione continui.

Obseruandum igitur est quod vnu dicimus indiuisum in se, & diuisum à quolibet alio, à qua diuisione oritur numerus, vt admonuimus: & vtrūque præstat forma quævis. Sed quantitas vtrumque præstat modo quodam peculiari; præstat sua continuæ enim esse indiuisum in se continuitate præstet esse partiu per lineas, & superficies copulantes; & diuisū ab alijs discretione siue diuisione per lineas terminantes. Quamobrem suapte natura quantitas mēsurat res continuitate, & discretione; & ex discretione oritur numerus, qui extra quantitatē, In sola quantitatē nullo modo inueniri potest. Itaque duas ob rationes numerus non est extra res verū ens. quantitatē, tūm quia extra quantitatē Prima ratio, numerus non est accidens, vt probatum est; tum etiam quia quantitas ex propria ratione terminandi continua per superficiem vltimam, constituit numerum. Et idcirco S. Thom. q. 9. de Potentia art. 7. ingenuè negat eandem esse rationem S. Thom.

de numero quanto & non quanto, cum diuiso sit diuersa: quia scilicet quantitas diuidit substantiam, vt accidens illius. Tria tamen sunt, quæ nobis obijciūt. Primum, parem esse rationem de vnitate in quantitate, & extra quantitatē, vt vel vtraque sit negatio, vel vtraque positiva: & idem dicendum de numero cuius vnitatis est principium. Secundum, nihil interesse ad rationem numeri inueniatur in quantitate, an extra quantitatē, quia in quoquis subiecto inueniatur, eadem est ratio numeri. Tertium, sequitur quantitatem conti- nuam esse partem quantitatis discretæ. Vna autem species nō est pars alterius, cum sint oppositæ.

R

Ad

10.

**Ad primam.**  
Quatitas per negationem vna est principium numeri substantiarum.

**Scotus aliter de unitate.**

11.

**Ad secundam**

Quantitas continua non solum est subiectum numeri, sed pars integralis.

12.

**Ad tertiam.**

**Respond.** 1.  
Vna species potest esse pars integrans alterius.

**Secundò,**

Finitum & infinitum accidunt quantitati, iuxta Arist. Sic esse diuisum quantitatim continuæ quæ secundum illud numerum, comprehendit.

13.

**Materia Arithmetica vera**  
quantitas realis discreta.

**Auicenna.**

Ad primum, dicimus quantitatis unitatem esse quidem negationem, sed eam conuenire substantiae per quantitatem, quæ est accidens; & idcirco ipsa quantitas vna est principium numeri substantiarum, qui numerus ratione eadem est accidens; & hic numerus qui accidat substantijs, extra quantitatem non inuenitur. Scotus vero in ipsa quantitate, preter rationem quantitatis fingebat aliquod aliud positivum, quod appellaremus unitatem. Ecce ita simili ratione hoc positivum fingebat in alijs rebus non quantis: & illud esse principium numeri.

Ad alterum respondemus subiectum numeri nihil referre ad rationem numeri formalem, quæ eadem est in quocunque subiecto sit numerus; quantitas autem continua non solum est subiectum numeri, nam & ipsa numeratur; sed est pars illius integratatis, sine qua non constat ratio numeri.

Ad illud tertium de compositione numeri, respondetur, vnam speciem non esse partem alterius essentialē, sed bene integrantem, sicut linea est pars aut quasi pars superficie pertinens ad illius integratē. Secundò respōdetur, quantitatē continua non componere numerū secundum continuitatē; imo prout diuisa est ab alia componit numerum: quantitatē verò hac vel illa parte diuisam esse non est ratio formalis quantitatis, quā quantitas est, sed est accidens; qua ratione quantitas cōtinua sic vel sic diuisa est pars numeri. Imo absolutē accedit rationi formalis quantitatis, esse diuisam. Nam etiā à naturali agente non possit produci nisi diuisa, ut potè finita, tamen finitum & infinitum accidentunt quantitatim, ut Aristoteles docet. Et diuisio hæc aut illa contingentes sunt, & quantitatis accidentia, à qua diuisione numerus pendet. Quantitas ergo continua componit numerum non secundum propriam rationem continui; imo secundum esse diuisum, quod accedit continuo. Verum est quod non potest intelligi numerus sine continua quantitate, quæ est pars illius necessaria.

Iam vero numerum qui sit communis numero quanto & non quanto, improbauimus; neque is numerus est materia Arithmetica, sed vera quantitas realis discreta, ut communis opinione teritur, quod etiam docet Auicenna tract. 3. Me-

**A** taph. cap. 5. Quām vero incepte, & absurdè accommodetur is idem numerus rebus diuinis, post pauca disputabimus.

Fuit aliorum contraria sententia cōmemorata à S. Thoma d. 24. q. 1. art. 2. eandem esse rationem numeri in quantitate, & extra quantitatem, cuius principiū sit negatio illa, quæ in unitate reperitur; & ita numerus non erit verum ens, etiam in quantitate. Itaque hi negabant numerum esse ens etiam in quantitate. Illiverò affirmant etiam extra quantitatem esse verum ens.

### Confirmatio.

**H**æc equidem fuit planissimè Aristoteles sententia tam in sua Dialectica, quam in Metaphysica, de ipsa Categoría quantitatis disputantis, cuius speciem vult esse numerum: & alias sibi prius docet numerum confici de diuisione cōtinui. Et eadem ratione Boetius in Boetius, Arithmeticā cap. 7. ait unitatem esse potentiam numeri, de qua scilicet conficitur numerus, quod de sola quantitate explicari potest. Idem sentit S. Thom. S. Thom. 1. p. q. 30. art. 1. & in 1. d. 24. q. 1. & q. 9. de Potentia art. 6. & 7. Eaque est receptissima opinio apud Metaphysicos.

**S. Thom.**  
Parmenidis sententia op̄ posita Auicennæ, & Scoto.

**Aristot.**

### TERTIA PARIS.

#### Numerus transcendentis quid sit?

**N**umerum transcendentem eum dicemus, qui in rebus omnibus inuenitur. Et eum quidem numerum in quantitate certum est non discerni à numero quanto, de quo disputauimus, nisi vt cōmune à particulari. In alijs autem rebus non quantis commōstrauimus non inueniri numerū qui sit ens reale, aut reale accidens. Quare necesse est, vt extra quantitatem numerus nihil sit, nisi multitudo ipsa unitatum rerum multarum, sive aggregatio unitatum, vt dixit Parmenides. Consequens vero est, vt numerus communis omni numero quanto & non quanto, quem idcirco dicimus trāscendētem, sit ipsa aggregatio omnium unitatum sive in quantitate, sive extra illam existentium. Et hæc est expressa sententia S. Thomæ 1. p. q. 30. art. 1. & in 1. sentent. d. 14. q. 1. art. 3. Quibus in locis docet, in his rebus quæ quantitate non dividuntur, numerū nihil aliud significare, nisi plures unitates transcendentes.

**Numerus transcendentis,**  
seu cōmuni omni numero  
ro quanto & nō  
quanto, est agggregatio omniū  
unitatum sive formaliter positiuarū,  
sive non.

**S. Thom.**

Hunc

<sup>2.</sup>  
Obiectio  
*Vasquij ex S.Thoma.*

Hunc tamen numerum constantem vnitatis transcendentibus, quidā rei ciunt ex ipsa doctrina S.Thom. ducētes argumēcum. Idem enim est multitudo, & numerus constans multis; multitudo autem significat ipsas res inter se diuisas: ergo unum quod multitudini opponitur, significat negationē divisionis inter res multas; aliās non opponuntur: ergo numerus non significat ipsas vnitates, quae sunt negationes divisionis; imō significat ipsas res ut diuisas & multas; & ita multitudo in rebus etiam incorpo-reis, est quid posituum, & non solē negationes.

<sup>3.</sup>  
Respondeatur.  
Hi tamē Doctores, qui placita S.Thomae nequeunt conciliare, non penetrant penitissimē ad doctrinā illius. Hoc enim loco disputat de numero inuenito in rebus, qui numerus in incorporeis constat solū negationibus realibus; negatio autem propria vnitatis, vt docuimus parte capitī priori, opponitur divisioni non rerū aliarū inter se, sed divisioni rei in se ipsa; neq; enim vnuū opponitur multitudini, ut dixim⁹, sed opponitur divisioni: neq; numerus est idē quod multitudo; nam que vel est vel multitudo sunt multa entia; numerus ve-cōcipitur quā rō est illorum quantitas, numerus enim titas, seu men-sura multitudinis, id est, multorū en-tium.

<sup>4.</sup>  
Caietanus  
ex mente  
*S.Thomae.*  
Vnum trans-cendens secū-dum quod sig-nificat diuisu-ab alijs, atque ex conseqüēti-numerus tran-scendens, signi-ficat quid vnuū positiuū.

Binarius in angelis signi-ficatur, & con-cipitur ad mo-dum simplicis sed significat quasi simplicem formam,

A quam binarium dicimus. Et in his liben-tē Caietano assentimur. An verò vni-tas quae est principium numeri prædic-a-mentalnis, sit accidentis adiectum, vt Caie-tanus indicat, non nostrā modō interest disputare.

B Sed hoc videtur dissidere à D.Thomae doctrina; nam i.p.q.30.art.1.ad 4. admonet duplē esse numerum, aliū simplicem, siue absolutum, quem etiam dicit abstractum; alium compositum siue concretum, ut per opposita diuidamus numerū: simplex est v: tria, vel quatuor; cōpositus ut tres homines, vel quatuor homines. Ille dicitur simplex, quia sim-plici voce profertur; & absolutus, quia est à rebus abstractus, & est in intellectu; qui à Philosophis recentioribus dicitur numerus numerans: numerus verò qui est in rebus, est compositus, quia duplē vo-ce indicatur, ut tres homines; & est concretus, quia in ipsis rebus inest, qui dici-tur modō numerus numeratus. Prætermisit ergo S.Thom. numerum à Caietano excogitatū, qui significat plures vni-tates in uno conceptu speciei numeri cō-venientes: imō suppressit etiam realem numerum speciem quātitatis, qui neque est numerus numerans, id est, ratio numerans; neque est numerus compositus, scilicet duo homines vel tres; sed est nu-merus quantusvera species entis realis, ut binarius in genere quantitatis.

C Nobis quidē videtur dicēdū S.Thomā nō accepisse numerū absolutū siue ab-stractū à rebus numeratis, pro ratione, siue intellectu numerāte: nā cū numerū ait esse in intellectu; nō ergo ipse numerus est intellectus numerās, sed est in intellectu numerāte, ut cognitū. Neq; verò arbitramur accepisse S.Thomā numerū sic absolutū pro numero quāto, quod est obiectū Arithmeticę: nam et si illud ob-iectū speculāte intellectu abstrahatur à rebus numeratis, est tamē vera res exis-tens in illis: at verò S.Thomas ait eum numerū absolutū non esse in rebus, sed in intellectu. Quāmobrē videtur intelli-gere numerum cōiunem quanto & non quanto, qui in solo intellectu est sub illa ratione communi, non attēdentibus res numeratas, sed formam numeri, eandē proculdubio quam Caietanus excogita-vit. Itaq; vel ipsis verbis S.Thom.credi-mus opinionē Caietani corroborari. Nā numerus qui in solo intellectu sit tāquā

forma, seu ta-lis mensurę, que dicitur bi-narius:

<sup>5.</sup>  
Obiecturex  
*S.Thom.*

Numerus ali⁹ simplex siue ab-solutus, & abstractus; ali⁹ cōpositus, siue concretus

<sup>6.</sup>  
*S.Thomā*  
explicatur,

Numerus ab-solutus, seu quis in solo intel-lectu est tanquā obiectum cog-nitum, non est ali⁹, nisi trā-scendens com-munis.

obiectū cognitū, nullus aliis occurrit, ni-  
si cōmuniſ numerus transcendens, quā-  
tumque & non quantum complectens.

7.  
Obiectur vi-  
terius.

Sed obiecties adhuc, numerum cōmu-  
nem quanto & non quāto significare re-  
lationem quandam mensuræ cōmuniem  
vtrique numero, quę sit relatio rationis:  
& eam intellexisse S. Doctorē esse in so-  
lo intellectu. Occurrēdum tamen est ar-  
gumento, quo potiū pugnamus pro Ca-  
ietani sententia. Nam numerus in gene-  
re quantitatis, significat quantitatis spe-  
cias significat aliquid permo-  
tis, absoluto cō-  
ceptu, & non  
relationem ra-  
tionis mensu-  
ræ, relatiuo.  
Probatur. 2.

Respondetur,  
& probatur. 1.  
quod nume-  
rus commu-  
nis significat  
aliquid permo-  
tis, absoluto cō-  
ceptu, & non  
relationem ra-  
tionis mensu-  
ræ, relatiuo.  
Probatur. 2.

Species nume-  
ri, v. c. binarius  
ternarius, neque in obliquo relationem  
neque in obli-  
quo relationē  
indicat; & idem dicēdum de his specie-  
bus numeri in genere quantitatis, & ex-  
indican.

Similitē ostē  
ditur quod nu-  
merus cōmu-  
nis non signi-  
ficiat solam ag-  
gregationem  
negationum.

8.  
Dubium.  
Ratio dubitā-  
di,

Respond.  
Nomina nu-  
merorū in re-  
bus spirituali-  
bus significat  
formalitē ne-  
gationes plu-  
res, siue priuationes; sed non  
significant formalitē negationes, cum  
non sint nomina negātia, aut priuatiua;  
sed neque significant ens aliquod verū,  
& reale, vt docuimus; ergo necesse est vt  
significant relationem rationis. Respo-  
detur quod significant formalitē nega-  
tiones plures, siue priuationes; sed non  
conceptu negante, aut priuatiuo, sed po-  
sitivo, & per modum vnius formę, vt an-  
tes, siue priua-  
tiones, sed con-  
significatur aliquando nominibus abso-  
luti, vt dicemus lib. 4. ita & negatio siue  
v. c. binarius  
Angelorum.

Primum simi-  
le.

Secundum,

A conceptu tamen positivo, & per modum  
simplicis formæ.

### Q V A R T A P A R S.

*Numerus diuinarum Personarum  
perfectissimus est.*

1.

I Gnoratio numeri transcendētis, quę

S. Thom. inueniri ait in ijs quę mate-  
riæ sunt expertia, seduxit aliquos in ex-  
plicatione numeri diuinarū personarū, Ternarij diui-  
narum perso-  
arbitratos numerum extra quātitatem, rum prima ex  
& materiam non inueniri. Et quidē Ma- plicatio  
gister in 1. d. 24. vt numerum quantum Magistri.

excludat à Deo, explicat ternariū perso-

narum diuinarū hoc significare, quod nō

solum sit Pater, nec solum Filius, nec so-

lum Spiritus Sanctus. Et hoc verū iudi-

casse Magistrum S. Thomas ait, eò quod

hunc numerū explicauit per negationē.

Sed neque ipsas negationes satis expli-

cavit; alia enim est negatio qua vna res Insufficiens

non est alia, sed est diuisa ab alia; & alia ostenditur,

negatio est diuisionis iphius, qua vna res

est in se ipſa indiuisa. Maximè verò non

explicauit numerū formalē transcendē-

tem, qui est v. g. ternarius distinctus ra-

tione ac definitione à ceteris numeris,

ac si esset numerus prædicamētalis. Qua Seeunda expli-

ca in re & alij decepti sunt, vt ternariū per- catio falsa alio

sonarū explicarent per hoc, quod perso- rum cauentū

nō essent plures quam tres, nec pau- à numero ter-

ciores; tres verò nō auderēt asserere, nisi nario.

per has negationes explicando, vt caue-

rēt à numero ternario. At verò S. Thom.

doct̄ afferit, hunc numerū ternarium ex

vnitatibus transcendētibus constituen-

dum esse in diuinis personis; nam & hic

ternarius re ipſa nihil est, nisi negationes

plures, seu vnitates; & sic ut hæ negatio-

nes reales possunt definiri; ita & terna-

rius quasi conflatus ex iſis definiri po-

test, nō quidem vt aggregatum, sed quasi

D species numeri transcendentis sola co-

igitatione concepta, vt Caietanus vult.

Affert S. Thomas argumento, Sed cō-

trā, pro Magistri partibus verba S. Hila-

rij lib. 4. de Trinit. & S. Ambrosij lib. 1. arguit pro Ma-

de fide c. 2. Dixit Hilarius processionem gisti. ex verbis

cōsortij tollere intelligentiā singularita-

ris, hoc est, multitudinē personarū remo-

vare vnitatem; nō enim est vna persona,

sed plures. Dixit etiā S. Ambros. vnitatē

Deitatis excludere pluralitatē Deorum;

ergo numeri numerales in diuinis ita ex

plicandi sunt vt numerus removeat vni-

tatem, vnitas verò numerū. Respondeat

S. Tho-

Respondet. 1. S. Thomas primū negando, quod fot-  
S. Thom.

Secundō. maliter vnitatis sit negatio multitudinis,

Vnū aliquid 1. cap. declaratum est. Secundō respōdet aliud est in di- quod etsi in illo sensu vnum & multa se uinis, quām re se excludant, vt vnum non sit quod est motio multi- multa, neque multa quod vnum; non cō- tudinis, scili- sequitur, vt nihil aliud sit vnū quām re- cēt negatio di- motio multitudinis; est enim vñ aliquid revisionis.

4. explicatio aliud, scilicet est negatio divisionis, vt numeri diui- diximus. Aliam diuini numeri explica- ni, absurdia.

S. Thom. 5. explicatio 3. Potentia art. 7. dicentiū nomina numerorum in diuinis esse velut sincathego- remata, & dictiones officiales, id est, quæ non significant rem, sed intelligēdi modum, vt omnis. Hoc tamen iure optimo vt absurdum omittit S. Doctor.

Refellit. 1. Alij dixerunt numerum cerni in per- sonis secundum differentias specierum, & non secundum genus numeri, verbi gratia, esse in Deo ternarium in quo est numeri differentia, sed non ipsum nume- rū in Deo esse; sicut dicimus in Deo esse scientiam, sed non qualitatem, quæ est genus scientiæ. Sed hoc facile rejeicitur, tum quia numerus suapte natura est im- perfectum quid & compositum, quod in Deo nō inuenitur: tum quia genus quod accipitur à forma potest remoueri, non verò quod accipitur à materia, quia ipsa differentia generis est materialis, & hæc duo respondet S. Thomas q. 9. de Potē-

Refellitur 3. Tribuitur Deo differētia, v. c. scientia, remo- to genere, sci- licet qualitate in ijs, quæ aliàs nequeunt Deo conuenire, nonverò in alijs.

4. 6. explicatio Deniq; illi, qui vnitates aiunt esse res valde difficultis, aliquas enti additas, & in omnibus rebus in sentētia po- nente in om- nibus reb⁹ nu- merum, qui sit res quæpiā ad- nos dicimus de numero prædicamētali, sunt in angustam Philosophiā circa ter- narium diuinarum Personarum, Au-

A quoq; sit res quæpiā, verè existēs in Deo vt sciētia, & bonitas, & relatio personalis.

Ioannes Scotus qui vnitatem rē ali- quam esse ait ab ente distinctā quodlib. Scotus idem 14. art. 1. ternariū hunc ait esse numerū de Deo dicere abstractū à ternario prædicamentali re- videtur,

moto genere quātitatis. Qua in re vide- tur indicare, eum numerum esse rem ali- quam in Deo, & non solas negationes plurium vnitatū; quæ olim iam sentētia audita est, & refertur à S. Thom. d. 24. q.

1. art. 2. Hoc autē videtur omnino intel- ligi non posse; consequens enim est, vt in Deo sit res aliqua existēs, quæ nō sit Pa- ter, neque Filius, neq; Spiritus Sanctus, scilicet ille ternarius: hæc enim est falsa ternarius est Pater. Itē sequitur quod sit res aliqua in Patre, quæ non est Pater,

quia ternarius ille nō esset extra perso- nas, sed esset in illis; & tamē negaretur de singulis, nā proculdubio esset res cōposi- ta ex tribus partibus, quarū singulæ non essent totū. Imò esset aliqua substātia in- communicabilis in tribus personis; quia quicquid est in Deo est substātia; ternariū verò esset incōmunicabilis, quia neq; es- set Pater, neq; Filius, neq; Spirit⁹ Sanctus; & ita esset persona quarta incōmunicabilis, quod est hæreticū. Eodē etiā argu- mēto quo probatur numerū nō esse sub- stantiam in rebus creatis, quia esset vna substātia in rebus pluribus existens; pro- batur etiā, quod numerus nō sit substātia in personis diuinis: quod si non est sub- stantia, nō est res in Deo existens, in quo non est accidens, vt superiùs docuimus.

Ideò S. Thom. in 1. sentent. d. 14. q. 1. ar. 4. rectē ait, numerū in Deo significare relationes ipsas diuinās: quia etsi sub his nominibus vnitatis, & numeri, personæ non referantur; tamen nihil his nominibus numeri, & vnitatis personalis signifi- catur, nisi relationes ipsæ subsistentes, quæ sunt diuinæ personæ. Nam numerus in Deo non significat essentiam, quæ est vna; significat ergo relationes: quicquid

D enim est in Deo vel est essentia, vel rela- tio, vt inferiùs docebimus. Non est ergo numerus in Deo res tertia, quæ neque essentia sit, neque relatio. Hæc ergo di- xerim, non vt Ioānem Scotum arguam, Scotus forte qui forsan non fuit in ea sententia; sed noī aduersa- vt Theologum moneam, ne in rebus di- uinis noui aliquid inducat. Supereft er- go vt numerus personarū sit numerus ex vnitatibus transcendētibus, quæ sint ne-

Hanc senten- tiā iam olim auditam refert S. Thom.

Ex ea sequuntur multa fal- sa. Primum,

Secundum,

Tertium,

Quartum,

5.

7. explicatio S. Thom. &c vera.

In Deo nomi- nibus nume- ri, & vnitatis personalis nī- hil reale signi- ficatur, nisi re- lationes ipsæ diuinæ. Probatur..

gationes dūtaxat, quod S. Thom. docet.

7.  
Ad S. Thom.  
falsa explicatio  
Vasquij disp.  
I 27. cap. 2.  
n. 10.

Falsa doctrina  
Gabrielis.

Vera doctri-  
na.

Si quantitas  
discreta est ve-  
ra res, id quod  
secundum illā  
est maius est  
re ipsa perfe-  
ctius, sicut de  
quantitate cō-  
tinua, siue mo-  
lis, siue virtu-  
tis dicitur.

S. Thomae  
vera explica-  
tio.

Numerus ab-  
stractus vel in-  
telligitur ipse  
intellectus nu-  
merās, vel nu-  
merus forma-  
lis, qui in solo  
intellectu i. ne-  
gationes cogit  
at per mo-  
dum numeri.  
Secundum adhuc est quod queramus

8.  
a. dubium.

A determinatio diuino, Vtrūm in illo sit pars

Ratio dubitā-  
di.

& totum. Numerus enim suapte natura

constat vnitatis quæ sunt partes nu-

meri: ergo & in Deo est aliquid totum,

cuius sunt partes, vel in Deo non est nu-

merus. Respondet S. Thomas numerum

absolutum, qui est in solo intellectu spe-

culāte, etiā attributum diuinis personis

habere partes, ut argumentum probat:

cum intelligi nequeat numerus sine par-

tibus. Sed sicut is numerus est in solo in-

tellectu, ita & partes numeri: medita-

mari enim eum numerum ut totum par-

tibus constans. Sed numerus concretus

qui est in rebus numeratis, scilicet tres

diuinæ personæ, neque partes sunt, neq;

totum unum partibus constans. Et hæc

est firma Theologorum responsio; in quā

etiam sententiam interpretari possumus

Mariam Victor. libr. 3. contra Arianos

dicentem vnamquāque vnitatem diuini

istius numeri antecedere numerū; quia

ante numerum creaturarum essentia, vel

quantitate diuisarum, sunt diuinæ vni-

tates personarum simplici numero con-

tentæ, ut explicabimus.

Ponderandum tamen est quod docet

S. Thomas q. 9. de Potentia art. 7. non

esse in solo intellectu, sed aliquid esse in

Deo tam vnitatem, quam multitudinē:

nam vnitatis, ut ibidem docet, est ipsa es-

sentia vna: & multitudine sunt ipsæ perso-

næ multæ. Numerus verò non est syno-

nimum multitudinis, sed significat mul-

titudinem per modum quantitatis dis-

cretæ: & hunc numerum diuinū ait esse

in solo intellectu. Dicam clariùs, multi-

tudo non est vnum, sed multa; numerus

autem est vnum quid compositum ex positiex mul-

tis. Quare in Deo sunt multa, id est,

multæ personæ; sed numerus nihil est in

Deo quasi vnum quid, præter ipsa multa.

Eodem sensu accipiendum est, quod

eodē loco docet S. Thomas, distinc-

tionem significare aliquid in Deo; non for-

maliter, sed materialiter personas ipsas

distinctas.

Eodem loco obseruat, multitudinem 2. obseru.

inueniri in Deo, non vt multum dicitur Multitudo seu

absolutè, quod est species quantitatis, multum abso-

lutè est numerus quantus: scilicet numerus, sicut magnum dicitur

ipsum continuum; sed vt dicitur comparatiuè multa per excessum ad vnum.

Verum ipsum numerum nihil prohibet dici de Deo, non equidem numerū quā-

tum, sed transcendentem, vt docuimus. per excessum ad vnum.

Adhuc

11.  
3. obseru.  
S. Thom.

Boetius.  
Durand.

In vero numero, cuiusmodi est transcendens, ratio totius non est vera, sed ficta.

Declaratur.

Nazianz.

S. Hilarius obiicitur.

Explicatur. Trinitas dicitur totum minus proprietas pro eo, cui nihil deest, et si partes non habeat.

12.  
4. obseru.  
S. Thom.

Auicenna. Passiones numeri predicationis mentalis.

Aggregatio, multitudine, & cetera. non sunt in Deo.

Vnitates relationum omnino simpliciū quia sunt omnino simplices, sic se habent, sunt immensurabiles, & in neque mensura alterius; & omnino sunt

Adhuc obseruandum est cum S. Thomas, quod in hoc numero ternario non est totum & partes, si loquamur de numero reali qui est ipsa Trinitas beatissima, sicut non est ibi compositio, sed summa unitas omni ex parte indivisa, & indivisibilis, ut ait Boetius libr. de unitate & uno. Et idcirco Durodus in d. 19 q. 4 docet in hoc numero non esse totum verum, sed imaginarium. Est quidem verus numerus transcendens, sed in hoc vero numero ratio totius non est vera, sed ficta; quia in eo numero qui a rebus relinquitur in mente, bene possumus considerare totum & partes, licet res ipsae numeratae non sint totum & partes; & hoc vocat Durodus totum imaginarium.

Nazianzen. oratione 1. de Pace, Trinitatem appellat totum, sed eodem est sensu accipendum. Quapropter explicanda nobis sunt verba S. Hilari. lib. 2. de Trinitate disputantis, Imperfectum, inquit, est totum, si aliquid deficit a toto: nam loquitur de ipsis personis diuinis, quarum nullam desiderari posse ait sine Deitatis detrimento: est ergo Trinitas quoddam totum. Respondemus tamen, totum usurpari minus propriè pro eo cui nihil deficit, et si partes non habeat. Et ita Deitas esset imperfecta, si nulla esset processio, aut altera sola processio esset. Et hoc significauit S. Hilarius elegantè, ut solet.

Obseruat etiam S. Thom. ibidem d. 4. artic. 3. ad 3. & 4. argumentum, & q. 4. art. 1. ad 2. ex eo quod hic numerus remouet quantitatem, remouere etiam eas passiones numeri praedicamentalis, quas Auicenna commemorat tract. 3. Metaph. cap. 5. quod in numero sit aggregatio, & multitudine, &c. non est ergo in Deo aggregatio personarum, sicut aggregatio hominum. Atvero ex eo quod est numerus relationum simplicium absque illa omnino compositione, docte admonet non esse numerum mensurabilem per unitatem, ita ut sit aliqua unitas, quæ ex natura rei sit mensura aliarum unitatum huius numeri. Nam in absolutis, & compositis est esse distinctum; & ubi esse distinctum cernitur, est maior, vel minor unitas; & maxima unitas est mensura certarum unitatum. Relationes autem diuinæ habent idem esse, ut dicimus, & sunt immensurabiles, & in neque mensura alterius; & omnino sunt

A. unitates immensurabiles, & infinitæ, quæ sola ratio numerat, ut docet S. Thomas 1. p. q. 30. art. 2. ad 5. Inveniuntur unitates finitæ, quæ sola ratio numerat.

S. Thom.

Adnotat etiam S. Thomas in sententijs loco recitato d. 24. q. 1. art. 2. quod in aliquibus est numerus secundum rationem tantum, ut punctum quod diciatur in ordine ad plures lineas multiplex usus est secundum principium: quod etiam ait distingui a se ipso secundum accidentis, id est, secundum relationes ad plures lineas adiectas, ut Petrus albus a Petro distinguitur etiam secundum accidentis: quod si ea adiectio non explicetur, distinctionis est rationis ratione, ut ante docuimus. Alius Alius est in re vero est simplicitè numerus in re ipsa, ipsa numerus quo dividitur vel quantitas, vel essentia, simplicitè, nam quæ in quantitate, aut essentia diversa sunt, simplicitè sunt diversa, atque in eis simplicitè numerus inuenitur.

Alius est numerus in re ipsa secundum quid, quo una res a se ipsa secundum aliud quid distinguitur, ut Petrus sedens a se ipso stante: & adhuc minus distinguitur si sola ratione distinguatur, ut Petrus in quantum pater a se ipso in quantum filius, & hic est minimus numerus. Ait ergo personarum diuinorum numerus, neque esse rationis tantum, quia est numerus rerum; neque simplicitè numerum, quia non sunt res diversæ quantitate, aut essentia; ideoque personæ diuinæ non dicuntur simplicitè plura entia, ut lib. 4. ostendemus: sed est numerus secundum quid, scilicet secundum relationes tantum, qui numerus minorem divisionem affert, sed perfectionem maiorem. Quod liquet ex superiori disputatione, in qua probavimus distinctionem personarum diuinorum esse minimam, atque adeò numerus minimus esse oportere. Si tam explices numerum esse in personis; cum hac explicatione, & adiectione, est personarum numerus simplicitè: quia sunt personæ distinctione reali distinctione absolute & simplicitè: neque hoc Auctor in sententijs negavit, sed minimam distinctionem significauit, quæ per relationes efficitur.

Quo in loco etiam aduertendum est, quod in rebus creatis principiū numeri est unum, quia distinguitur secundum esse; In diuinis non vnde in numero creato sunt plura, & sunt est unum & unum & aliud. In Deitate vero principium, ut in creatum numeri personarum non est unus, sed unus & unus; quia ibi non sunt plura quasi aliud, &c.

Conditions numeri, qui est in Trinitate.

Personarum diuinorum numerus est secundum quid, istud minimus, scilicet secundum relationes tantum. Hic tamen est numerus simplicitè explicatus quod fit in personis.

Quo in loco etiam aduertendum est, quod in rebus creatis principiū numeri est unum, quia distinguitur secundum esse; In diuinis non vnde in numero creato sunt plura, & sunt est unum & unum & aliud. In Deitate vero principium, ut in creatum numeri personarum non est unus, sed unus & unus; quia ibi non sunt plura quasi aliud, &c.

R. 4 sc. cun-

*S. Thomas*  
secundum regulas nominum numeraliū, de quibus libr. 5. dicemus : sed sunt in Deitate vnum & vnum, seu vnum & aliis; & ideo vnum, quia significat personam, nō naturam, est principiū istius numeri: & non sunt plura, sed plures. Quod etiā S. Thomas insinuat in Sententijs art. 4. ad 4.

*S. August.* Ideo etiam S. August. tract. 39. in Ioan. admiranda verba de Trinitate pronunciat; *Est ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non possit, vt & numerus sit, & numerus non sit. Videte enim si non quasi appareat numerus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Trinitas. Si tres, quid tres? deficit numerus. Ita Deus nec recedit à numero, nec capitur numero.* Quibus verbis significat S. August. numerum quoque in Deo esse singularē, & admirabilem; nam in rebus creatis quas numeramus simpliciter, dicitur, tres homines, tres Angeli. In Deitate verò tres Deos dicere nefas est: est ergo ternarius duntaxat relationum oppositarum, in quo est minima distinctio, & numerus secundum quid, ut exposuimus. Et ideo nō est numerus simpliciter, quia nō est numerus simplicitè entium; & est numerus secundum quid, scilicet eorum, quæ sola relatione distinguuntur. Verū est quòd S. August. versatur ibi etiam in difficultate alia, quomodo dicantur personæ tres, ut lib. 4. explicabimus. Verba autem illa S. August. *Deus nec recedit à numero, nec capitur numero,* repetit Cōcil. Tolet. 11. i. confessione fidei. Idem argumentum tractat S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugen. cap. 7. his verbis, *Quid sibi vult iste (ut sic loquar) absque numero numerus? si tria, quomodo nō numerus? si vnum, vbi numerus? & alia elegantē. Sanctus quoque Dyonis. c. 4. de diuinis nominibus ait, non esse vnitatem, aut Trinitatem, quæ à nobis, aut alio quopiam existentium sit cognita: est enim super omnem intelligentiam.* Est ergo numerus personarum diuinarū non secundum essentiam; sed secundum quid, scilicet, secundum relationem; eò quòd personæ absolutè sunt vnum, scilicet vnum in essentia; & solùm relatione distinctæ.

*Ternarius numerus per-*  
*Arist.* *Est autem ternarius numerus per-*  
*merus per-*  
*ctus.* *Est, teste Aristotele de Cœlo 1. text. 2.*  
*quia in eo numero primò inuenimus*  
*principium, medium, & finem. Vnde S.*

*A. Gregor. Nazianz. de diuinis personis ait oratione 3. Theologa. Quocirca unitas à principio in binarium progressa in Trinitate consistit. Cum autem unitas sit potentia omnis numeri, secundum Boetiū in Arithmeticā cap. 7. quia vnum continuum divisione, seu sectione fit plura; Deus qui est primum & maximè vnum, non quantitate sed essentiā, & per potentiam actiuam est causa omnis numeri, ternario aptissimè continetur. Nam secundum internam processionem à Patre, in quo est prima unitas personalis, procedit numerus primus, scilicet primus binarius, qui est Filius, & Spiritus Sanctus; ex quo binario & unitate Patris conficitur ternarius numerus perfectus.*

*B Pythagorēis autem numerus quaternarius erat diuinus, per quem ipsi numerū iurabant, ut refert S. Gregor. Naz. oratione in nouam Dominicam. Colebant autem Pythagorai quaternarium, ut rerum causam, propter quatuor elementa quibus res constant. Quod Nicetas eo loco ostendit vel ex ipsa forma iurisbrandi apud eos solita. Nos verò non elementa quatuor adoramus quæ sunt rerum corporearum principia, sed ternarium personarum, quæ sunt rerum omnium principium vnum.*

*C Hac ergo satis sunt de diuino ternario, de quo fusē disputat Alex. Alens. 1. p. q. 45. membro 5. Quo autem pacto differant ternarius & trinitas lib. 5. erit commodius explanandum.*

### Confirmatio.

*D Q* Vòd personæ diuinę distinguantur numero, Theologia nostra nos docet, & Patres confirmant. S. Ioānes Damascen. lib. 3. fidei Orthod. cap. 6. S. Basilius homil. contra Sabellium, S. Iustinus cum Tryphone disputans pag. 75. & 120. S. Gregor. Naz. oratione 3. & S. Epiphanius hæresi 69. & 73. S. Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap. 2. Cum enim sincrè credamus distinguī personas diuinās reali distinctione; in distinctione autem sit multitudo, in multitudine numerus; non est negandum distinguī eas numero: tum etiam quia apud Philosophos eiusdem naturæ diversæ hypothases numero different, de qua re libr. 5. Verum est quòd ex Latinis nonnulli negant personas distinguī numero, scilicet numero naturæ

*Ratio elegans  
Nazianz.*

*Vnitas poten-*  
*tia omnis nu-*  
*meri.  
Boetius.*

*Prima unitas*  
*personalis in*  
*Patre.*

*Primus nu-*  
*merus, scilicet*  
*primus bina-*  
*rius, Filius, &*  
*Spir. Sanctus,*

*17.*  
*Nazianz.*  
*Pythagorai*  
*quaternarium*  
*vt rerum cau-*  
*sam colebant,*  
*propter qua-*  
*tuor elemen-*  
*ta.*  
*Nicetas.*

*18.*  
*Alex. Alex.*

*19.*  
*Quòd perso-*  
*næ diuinæ di-*  
*stinguantur*  
*numero docet*  
*Patres.*  
*S. Damasc.*  
*S. Basil.*  
*S. Iustin.*  
*Nazianz.*  
*S. Epiphan.*  
*S. Cyril.*  
*Prima ratio.*

*Secunda.*

Negant numerum naturae  
S. Ambros.

*Conc. Tolet.* cap. 4. & Concil. Tolet. i. in confessio-  
Vel negat numerum fidei: vel etiam negant numerum qui  
merum quan- in quantitate reperitur. Sed numerum  
tum; non ve- transcendalem iam explicatum non  
rò transcende- talem.

*De ternario.* personarum, S. Iustinus Dialogo cum  
*S. Iustinus.* Tryphone, S. Cyrillus libr. 3. Thesauri  
*S. Cyrillus.* cap. 1. S. Basilius libr. de Spiritu Sancto  
*S. Basil.* cap. 17. & alij scholastici de hac re con-  
tentunt.

### CAPVT XLIII.

*Deitas non est res quarta à Personis  
distincta, aut composita...*

**H**ec veritas, quam Ecclesia nos docet, alijs etiam locis proponitur; nam in lib. 3. ostendendum est, relationē personalem ab essentiā non distingui re ipsa; & in libr. 4. ex proprijs est demonstrandum, personam diuinam non esse compositam ex natura, & relatione: ex quibus etiam colligitur essentiā non distingui à personis. Sed quoniā de personarum multitudine agendum hoc lib. fuit ex communib[us] Philosophia[rum] principijs, quae ad libros sequentes non pertinent; consequens erat ad questionem de personis, ut excluderetur error eorū, qui Deitatem ab ipsis personis sciungebant; maximè cum de unitate, & simplicitate Deitatis hoc libro disputemus, vnde nobis hoc loco argumēta sunt pertinenda.

*Prior pars. Deitas non est res quarta à personis distincta.*

*Posterior. Deitas non est quid compositū ex personis, aut cum illis.*

### PRIOR PARS.

*Deitas non est res quarta à Personis  
distincta.*

**I**neffabile Trinitatis mysterium, quo credimus naturam unam in personis tribus, cum olim habuisset aduersarios, sae contra Trinitatem, qui vel naturam diuidenter, vel copularent personas; labefactatis duabus ha-

**A**resibus, novo errore implicatum postea fuit, vt naturam à personis diuidenter, qui & naturam unam, & personas tres Hæresis in re cōsideretur. Quæ hæresis videtur exorta presenti exorsuisse, aut tunc primū extitisse Beati ta est aetate Anselmi aetate, is enim libro de Incarnatione cap. 1. narrat similem quendam errorem ad se allatum per fratres. Cum adhuc, inquit, in Becci Monasterio esset, præsumpta est à quodam clericu in Fracia talis assertio. Si in Deo, inquit, tres personæ sunt una tātum res, & non sunt Auctor quidā tres res, unaquæq[ue] per se separativ, sicut clericus in Fracia, tres Angeli, aut tres animæ, ita tamen ut potentia, & voluntate omnino sint idem; ergo Pater, & Spiritus Sanctus cum Filio est incarnatus. Et cap. 3. colligit istorū argumentationē, Quod si Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt una res, Pater est incarnatus; quia de eadem re non possumus simul affirmare, & negare. Hæc autem quæ ex S. Anselm. recensuimus, indicant planè hominem illum distinxisse Deitatem à personis; ne cogereatur eadem affirmare de personis, quæ de Deitate, aut de Deitate eadem quæ de personis confitemur. Nam potestate & voluntate personas idem esse profitebatur: non ergo inducebat plures naturas, neque permiscebat personas, sed naturam à personis diuidebat. Exemplū verò trium Angelorum ait se literis Monachorum accepisse, quod fortè clericus ille non posuerit.

Ea autem est hæresis, in quam lapsus est Gilbertus Porretanus Episcopus Pietavienensis, quod testatur Otto Frisingensis Episcopus in historia Federici Imperatoris cap. 56. & 57. Affirmat autem illum non separasse Deum à diuinitate, sed personam diuinam ab ipsa diuinitate disreuisse; aiebat enim Deum quandoque significare naturam diuinā, quandoque personam; Deum igitur, accepto nomine pro persona, distinguebat à Deitate. Et hoc quidem magis congruum est credere de Gilberto viro Philosopho, nihil enim animo occurrit quo Deus à Deitate distinguatur. Vtrum verò idem Gilbertus attributa inter se distingueret? anteā disputauimus.

Quod igitur Deitas non sit res quarta rem quartam distincta à tribus personis, ex eo maximè liquet; quia quod à Deitate quacunque ratione distinctum est re ipsa, creata res est: ens enim primum & necessarium, essent res cres- solum.

Ostenditur  
hunc fuisse au-  
tem.

Occurrit  
objectionis.

2. Eadem fuit hæ-  
resis Gilberti  
Porretani.

Otto Frisi-

gens,

3. Deum nō esse

distinctam

personis.

Probatur. 1. quia perso-

nes

essent res crea-

solum.

solumque increatum, Deitas est; si ergo personæ diuinæ esset res distinctæ à Deitatem, essent res creatæ; quod neque fangi cogitatione potest: persona enim diuina, eo ipso quod est persona diuinæ naturæ, quæ scilicet habet esse diuinum, habet esse increatum, & est increata. Si vero ab ipsa Deitate res esset distincta, res creata esset; quod est impossibile.

**4.**  
2. efficacitè.  
Deinde probatur illo arguento efficacissimo, quo ostendimus Deum non distingui à Deitate; quia si esset Deus per Deitatem distinctam, Deitas quæ Deum esse præstaret, melior esset quam Deus; Deus autem est id quod est optimū. Dilatamus ergo argumentum, Si Pater est Deus per Deitatem à se distinctam; ergo melior est Deitas, quam Pater: ergo Pater non est Deus; nam is qui Deitate est deterior, seu minus bonus, Deus nō est.

Melior esset  
Deitas, quam  
Pater.

**5.**  
3. ex infinita  
perfectione p-  
sonæ diuinæ.  
Et confirmatur ex propriaria ratione personæ; nam persona est res naturæ, scilicet res cui maximè conuenit natura; ergo persona diuina est res cui maximè conuenit Deitas, quæque maximè Deus est, quæque perfecta infinitè est; sed infinitè perfecta non esset, si perfecta esset per aliquid à se distinctum; ergo natura diuina à persona nullo modo est distincta.

Tertio, Nam persona diuina est infinitè perfecta, alias non est Deus; quod si est infinitè perfecta, est ipsum esse diuinum; & ita id quod est & quo est, idem sunt in persona diuina, sicut in Deo id est probavimus: nullo ergo modo persona est distincta à natura.

**6.**  
Ultimò, ex maxima vnitate essentiæ diuinæ.  
Vt probatur propter maximam vnitatem essentiæ diuinæ; nam si coniuncta esset cum re distincta ab ipsa essentia, eo ipso esset minus una, & consequenter aliquo modo composita. Confirmatur ex verbis Christi Domini, Joan. 14.

Ego sum via, veritas, & vita. Quo loquendi modo significatur inter personam Christi, & naturam divinam nullū omnino esse in re discrimen. Ideò enim Gilbertum Pictaviensem constat fuisse reprehensum in Concilio Rhemensi, quod ipse arguebat Boetium, quod Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum diceret esse ipsam veritatem; & explicabat Patrem esse veritatem, id est, verum. Contra quē opponit se S. Bernard. in Cantica, serm. 80. Obsecram peruersamq; explanacionem! Quād verius, saniusq; per contra-

A riūmita dixisset, Pater est verus, id est, veritas, Filius est verus, id est, veritas, &c. Ergo in Concilio Rhemensi non solum distinctio omnis inter Deum, & Deitatem, sed inter personas etiam, & Deitatem penitus sublata est.

### Confirmatio.

**S**Vbscribunt huic sententiæ Patres. **S.** Augustinus tomo 2. Epistol. 222. ad S. August. Cōsentium, Tene incussa fide Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum esse Trinitatem, & tamen unum Deum; non quod sit eorum communis quasi quarta diuinitas, &c. Et lib. 1. de doctrina Christiana cap. 5. Res quibus fruendum est, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus est, eademq; Trinitas, una quedam summa res. Et 7. de Trinitate cap. ultimo, negat personas diuinas esse de essentia, ne significetur vlla distinctio inter personas, & essentiam. Et S. Anselmus S. Augustini affectator lib. de Incarnatione Verbi cap. 3. apertissimè docet tres personas esse tres res & unam rem. Et S. Athanas. Dialogo inter Orthodoxum, & Ammonium docet expressis verbis naturam diuinam non distingui à persona sicut rem à re; sed quia aliud significat persona, aliud natura: quæ est nostræ considerationis distinctio, ut rem candem pluribus nominibus significemus. Et explicat exemplo grani, quod diuersis rationibus dicitur & semen, & fructus, cum res eadē sit. Idem multis confirmat S. Bernardus lib. 5. de consideratione ad Eugeniu c. 8. vbi plures enumerat unitates rerum; sed eam unitatē diuinæ naturæ, in qua personæ conueniunt, & omnium maximam, & infinitè distantem esse affirmat. Dicamus itaque tres, inquit, sed non ad præiudicium unitatis, alias ait S. Bernardus, eum non esse cultorem Trinitatis, qui plures res numerat in Deitate præter numerum ternarium. Et plura alia apud Patres in hac sententia reperies.

**D**Quod idem significat D. Paschalias lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 4. sic dicens, **D. Paschali**: Quaternitatem restuit in tribus consummatus. **8.** Quatenus est nam dūm in singulis Deitas est tota sine distinctione; est etiam in tribus indivisa. Et subiicit: Quid enim tam proximum, tam naturale, tam proprium, quam ut de uno unitas, & de tribus Trinitas. quasi dicat quaternitatem non

Confirmatur  
Ioan. 14.

Conc. Rhem.

S. Bernard.

**7.**  
S. August.

S. Anselm.

S. Athan.

Eadem signi-  
ficatur pluri-  
bus nomini-  
bus, scilicet na-  
turæ, & perso-  
næ: sicut idē  
granū diuersis  
rationibus di-  
citur semen, &  
fructus.

S. Bernard.

Vnitas naturæ non est in re ipsa distin-  
ctio, si naturam species, est vna, vnde vnitatis;  
si personas, sunt tres, vnde Trinitas; illa  
autem vnitatis non est distincta à singulis  
et à singulis vnitatibus: ergo nunquam quaternitas  
vunitatibus per inuenitur in Deo.  
sonarum.

9.  
Conc. Rhem.  
duplex.

De altero  
S. Anselm.

Alteri affuit  
S. Bernard.

Prius non le-  
gitur confir-  
matu à S. Pô  
tifice.  
Deposteriori.  
Huius acta ex  
Vasq. disput.  
120. cap. 2.

Confirmatur hæc veritas ex Concilijs  
in quibus est definita. Primum autem tra-  
ctanda est auctoritas Concilij Rhemensis;  
fuit enim duplex concilium Rhemensis,  
alterum sub Archiepiscopo Reinaldo,  
quod refert S. Anselmus, & ab eodem  
damnatum clericum illum nouæ heresis  
auctorem; alterum vero sub Eugenio Pa-  
pa nominis istius tertio, cui affuit S. Ber-  
nardus. Quod si eadem fuit heresis cle-  
rici illius, de quo S. Anselmus, & Gilber-  
ti, de quo S. Bernardus; ea certè impro-  
bata est ab utroque Concilio. Sed illud  
prius Concilium, quod non legitur firma-  
tum à Pontifice Romano, non est irre-  
fragabile; istud vero posterius etsi extet  
in Codice Vaticano, excerpta sunt quæ-  
dam asserta contra Gilbertum, quibus  
etiam S. Bernardus facit summam fidem;  
testatus condemnatum ibi fuisse Gilber-  
tum, & sententiam retractasse. Legi ta-  
men nuper apud Gabrielem Vasques vi-  
rum studiosissimum literatum, qui de hoc  
mysterio Trinitatis nuper scripsit satis  
argutè, ea acta manuscripta ad Gregoriū  
Tertium decimum missa, quæ sibi Roma  
agenti licuerit traducere.

10.  
Artic. primus.  
Secundus rem  
nostram defi-  
nit.

Ex tertio art.  
idem ostendi-  
tur.

Hæ sanctiones  
nō fuerunt cō-  
firmate à S.  
Pôtifice, ideo-  
que excerptæ  
ex scriptis in  
Vaticano Co-

tis Concilij illius excerptæ) hoc tamen dice huius Cō-  
videtur eam ob causam accidisse, quod cilij.  
fuerant prius editæ à S. Bernardo, & Pa-  
tribus, quæ assensum Pontificis exegi-  
sent; quo crimine se purgat S. Bernardus S. Bernard,  
ad Eugenium. Liquet tamen ex verbis  
S. Bernardi improbatam sententiā Gil- Gilbertus re-  
berti, tūm Pôtifici, tūm Episcopis fuisse; sicut in hoc  
& Gilbertum virum alias probum resi- Concil.  
puisse coram Concilio.

In eo igitur Concilio Rhemensi dam- 11.  
natus est error Gilberti, qui relationes  
diuinæ, atque adeò personas diuidebat  
à natura. Et in Concilio Lateranensi. 2. Conc. Later.  
cap. Damnamus, sic dicitur, Una summa  
res est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, tres simul persona, ac signatim quæ  
libet earum; & ideo in Deo solummodo  
Trinitas est, nō quaternitas; quia quali-  
bet illarum personarum est illa res, vi-  
delicet substantia, essentia, & natura di-  
uina. In quibus verbis Concilium non  
solùm definit tres personas esse unam  
rem, quæ est essentia; sed præterea affir-  
mat non esse quaternitatem in Deitate;  
quasi Deitas sit res quarta distincta à per-  
sonis. Huius autem assertionis causam  
quoque subdit; quia singulæ personæ sūt  
ipsa diuina substantia, quæ est res una  
omnino, & maximè una. Iterum proba- Probatur ex  
tur ex Concilio Tolet. 1. in Professione Conc. Tolet.  
fidei, Nec rectè dici potest, quod in Deo  
sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas.  
Adeò exactè cauet Concilium à quater-  
nione rerum, ut neget loquitionem istam,  
in Deo est Trinitas, ne significetur ali-  
qua distinctio inter Trinitatem perso-  
narum, & Deum; sed unus Deus Trinitas  
dicatur, ne suspiceris Deitatem esse rem  
quartam.

12.  
Confirmatur ex Concilio Florentin. Confirm. ex  
sessione 19. vbi recipitur commune il- Conc. Flora  
lud proloquium; In diuinis omnia sunt  
vnum, vbi non obuiat relationis oppo-  
sitio. Cum ergo natura non referatur  
ad personam relatione originis, de qua  
erat sermo; consequens est quod nullatenus  
distinguatur natura à persona.  
Argumentum explicandum est libr. 3.  
vbi ostendemus relationem non distin-  
gui re ipsa à natura. Et in libro quarto,  
personam esse ipsam relationem subsis-  
tentem, ut fides docet. Vnde conse-  
quens est, quod persona non  
distinguitur re ipsa  
à natura.

Censura

**Censura propositionis istius.**

**Personam diuinam distinguitur formaliter à natura.**

13.

**S**ed occurrit dubium graue; confitendum enim est secundum definitiones Conciliorum, Deitatem non esse rem quartam distinctam à personis re ipsa; in quo videtur esse definitum quod inter personas diuinias, & naturam non sit distinctio realis, seu distinctio rerum, quae est distinctio absolutè realis. At vero ali-

**Aliqui Scotti sequaces inter naturam, & relationes ponunt distinctionem formaliter realem.**

**Durandus realem secundum quid.**

**Huic patrono S. Bonaventura.**

qui Ioannis Scotti sequaces, et si in Deum quaternionem verbis expressis non inueniant, tamen relationes diuinias aiunt distingui formaliter à natura; & consequens est, ut etiam personæ à natura distinguantur. Et Durandus ait distinctionem eam esse non realem simpliciter, sed ex parte & secundum quid realē. Et videtur patrocinari S. Bonaventura in d. 33. q. 1. dūm ait, *Sequitur quod aliquo modo differat realiter essentia à personis, & non sola ratione.* Quæritur ergo istorum Doctorum sententia, quo erroris charactere notanda sit?

14.

**Prædicti Scottisti non minus censurandi, quam Durandus.**

Memoria hinc repetendum est quod antea docuimus, distinctionem formalē esse aliqualiter realem: vnde non minus peccant qui formalem, aut modalē distinctionem ponunt; quam Durādus, qui ait esse distinctionem aliquatenus realē, licet non explicet modalisnē, an formālis sit distinctio. Nam & Durandus non posuit distinctionem hanc absolutè simpliciterque realem, sed aliquatenus realē, quae est formalis, aut modalis.

Hanc autem sententiam eadem nota inurendam esse iudicamus, quia & illam alteram de attributorū distinctione teatili, quam superius reprobauimus, vt dispendia sit non solum periculosa, sed suspecta in fidē: quō nomine damnantur à

**S. Bernard.**

S. Bernardo in Concilio Rhemēsi ij, qui in Conc. Rhei attributa distinguunt, aut Deitatem à Deo; eadem autem videtur ratio de distinctione naturæ diuinæ à personis; ma-

**I. 16.**

Eadē licet non solum exemplo fuerit, vt diximus. Imò (vt verum fatear) hæc quidem expressius dānata est quam illa de distinctione attributorum, sed est expressio nō peior, tamē illa de distinctione reali at tributorum. C. Dānam⁹ reprobat, vt hæresis, quaternio rerum

A in Deo: persona autem creatæ, & natura

non ita sunt res duæ, vt absolute & sim- plicitè sint diuisæ; sed persona creatæ addit naturæ proprietatem distinctam, & includit ipsam naturam: cum ergo Concilium prohibet in diuinis dicere

*Canc. Later.*

quaternionem, non prohibet solū di- cere, quod sint res quatuor omnino di- visæ, ita vt natura à persona absolute, ac

simpliciter re

alem, sed om- né distinctionem realem.

Concilium prohibet in diuinis dicere

*Ostenditur.*

quaternionem, non prohibet solū di- cere, quod sint res quatuor omnino di- visæ, ita vt natura à persona absolute, ac

simpliciter diuidatur; quod in rebus ip- sis creatis non contingit; sed improbat

Concilium omnem distinctionem realē inter naturam diuinam, & personā; alias

*Similiter.*

Conc. Tolet.

1. in illa exactissima loquutione. Nec rectè dici potest quod in Deo sit Trinitas,

sed unus Deus Trinitas. Vbi cauet om- nino quamvis distinctionem in re. Idem

probatur ex eo quod relatio diuina non

distinguuntur à natura, nisi sola ratione, vt

dicemus lib. 3. Denique in Cōcilio Rhe- meni ex eo quod Deus est Deitas, pro-

batur quod hæc non sint distincta vlo-

modo, neque enim Deum à Deitate dis-

tinguunt tanquam res duas Gilbertus cre-

didit; sed ideo damnatus est, quia ullam

distinctionem inter Deum, & Deitatem

esse cogitaret: sed Filius Dei dicitur

quoque Deitas, sicut dicitur via, veritas,

& vita, & similia: ergo eadem est ratio

distinctionis inter personam, & naturā,

& inter Deum, & Deitatem.

## POSTERIOR PARS.

**Deitas non est quid compositum ex perso- sonis, aut cum illis.**

**Q**uod vero attinet ad questionem

alteram, An Deitas fit composita Hæresis ponēs

proper numerum personarum? Scindū Deum trifor-

est non desuisse hæreticos, qui dicent mem.

esse compositam, ita ut Pater sit quedam pars Deitatis, Filius pars alia; dicuntq;

Deū triformem, vt refert Theophrastus

lib. de hæresib. vbi eas numerat quæ fue- qui numerat

rūt temporibus Apostolorū numero 45. 45. hæreses tē- poribus Apo-

stolorum.

Et hæretici apud Patres sapientius hoc idē ob- iicieunt, si generatio sit in Deo, Deita-

tem secari in partes. Quod illi ergo ob- iiciebant, & modis omnibus Patres ne-

gabant, concedit hæc hæresis: quæ anteā De ista hæresi

confutata est à nobis comprobantibus suprà,

simplicitate diuinæ naturæ. Sed hīc pro- ponimus

Præsens quæ-  
stio. ponimus quæstionem aliā, scilicet, vtrū A  
diuina natura, quæ in se ipsa sit simplex,  
cum personis tribus coniuncta faciat  
compositum?

2.  
Resolutio titu-  
li, in vno sen-  
su euidens ex diuina, & natura non effici compositio-  
nem vllam. Quia cum persona diuina &  
natura sit res omnino vna & eadem, fin-  
gi non potest compositio, quæ ex pluri-  
bus oritur. Itaque si Deitas cum singulis  
personis comparetur, cum non distin-  
guatur à singulis vlo modo, nullam ex  
singulis compositionem potest contra-  
here.

3.  
Si. verò consideretur eadem Deitas  
In alio sensu cum tribus simul personis, quæ conue-  
videri potest. niunt in Deitatis vnitate, videtur faci-  
difficilior.

Ratio difficul-  
tatis.  
S. August.

In rebus crea-  
ti nihil occur-  
rit, in cuius mun-  
dus sanè est in rebus creatis nihil oc-  
currere, in cuius vnitate sit numerus abs-  
merus absque que compositione.

Quod ergo numerus in Deitate sine  
compositione sit ponēdus, ex eo probat  
doctissimè S. Ioannes Damascen. quia  
est numerus personarum, his verbis, Di-  
S. Damasc. cimus autem vnamquamq[ue] trium perfe-  
propter nume etiam habere subsistentiam, ut non ex tri-  
rum persona- bus imperfectis vnam compositam natu-  
ram perfectam intelligamus; sed in tribus  
perfectis personis vnam simplicem sub-  
stantiam superperfectam, & anteperfe-  
ctam; omne enim ex imperfectis coalitū D  
compositum prorsus est, ex perfectis autē  
subsistentijs impossibile est compositionē  
euadere. Hæc ille in lib. I. fidei orthod.

Demonstratio  
philosophica.  
Ex pluribus atu perfectis nihil compo-  
nitur. Ratio.

quod ex pluribus atu perfectis nihil co-  
ponitur; compositio enim est quædam  
concretio, ut ex imperfectis perfectum  
aliquid euadat: sed persona est substan-  
tia atu perfecta; ergo ex personis diuinis nulla fit compositio naturæ. Si igitur

nobis conceditur, vnam esse naturam in  
personis tribus; eam non esse composi-  
tum propter numerum personarum, ne-  
cessariò confitendum est.

Idem probatur, quia compositum ne-  
cessariò distinguitur à componentibus;  
natura autem diuina nullo modo distin-  
guitur à singulis personis; ergo et si cum  
omnibus simul comparetur, non distin-  
guitur ab illis: nam idem Deus non so-  
lum sigillatim est Pater, & est Filius, sed  
simul quoque est Pater, & Filius, & Spi-  
ritus Sanctus, & est Trinitas; ergo ex his,  
à quibus etiam simul acceptis natura di-  
uina non distinguitur, non etiam com-  
ponitur. Hoc idem argumentum vide-  
tur indicare S. August. contra Maximi-  
num libr. 3. cap. 10. vbi probat simplici-  
tatem Deitatis ternario personarū non  
diminui, sicut neque multitudine attri-  
butorum; quasi arguat ideo simplicita-  
tem Deitatis non diminui ex multitu-  
dine attributorum, quia attributa non  
distinguuntur re ipsa ab essentia vlo mo-  
do, sed sola ratione; sed diuinæ quoque  
personæ ab essentia non sunt distinctæ;  
ergo ex eis non componitur essentia;  
neque eo est minus simplex, quod in tri-  
bus personis subsistat, cù à singulis nullo  
pacto distinguatur.

6.  
Tertiò, ex pluribus personis nihil ori-  
tut tertium, quia personæ cognitione  
nostra sunt posteriores naturā, & natu-  
ra antecedit personas. Quod est ergo  
tertium ex personis constatum, & com-  
positum? Nihil sanè. Et confirmatur, Confirm.  
quia ex nudis personis nihil potest con-  
fici, nisi aliquid personale; erit ergo non  
natura composita ex personis, sed per-  
sona ex personis composita; quod est persona com-  
petiam impossibile, quia illa persona non  
esset incommunicabilis, quia esset com-  
munis, & ex incommunicabilibus con-  
flata; & ita incommunicabilia, quæ ne-  
cessere est esse inter se diuisa, coniunge-  
rentur inter se ad hoc, ut tertium com-  
ponerent; nam partes componentes sunt  
inter se coniunctæ, ut materia, & forma,  
& partes continui; personæ autem & sup-  
posita diuisa sunt. Nulla ergo composi-  
tio ex personis diuinis fingi potest; sed  
est numerus personarū cum vnitate na-  
turæ absque vlla compositione. Hoc  
idem monstrat S. Thomas q. 7. de Probat. 4.  
Potentia art. 1. ad 1. quia, cum personæ ex identitate  
diuinæ sint idem cum essentia, & inter personarū cū  
se di-

**essentia, & ex distinctione sacerdotis.**

se distinctæ: utraque ex parte longè sunt à compositione: nam quatenus sunt distinctæ recedunt à compositione, quæ cōiunctione constat; & quatenus sunt idem re ipsa, cum essentia, sunt compositionis expertes propter simplicitatem, & idētitatem: non enim compositum est quod est simplex, & idem. Quod etiam confirmatur omnibus superioribus argumentis quibus ostendimus, compositionem esse non parvam imperfectionem, quam in Deo impium est cogitare.

### Confirmatio.

**F**irmatur etiam hæc sententia auctoritate Patrum, qui Deum negant esse ex Deitate compositum; nam eadem est ratio de personis, tum quoad distinctionem, ut superius arguebamus, tum quo ad compositionem. At vero obseruanda sunt verba S. Iustini q. 144. ad Orthodoxos, *Quemadmodum Deus totus est ubique, & totus in unoquoque, & totus in se ipso, & cuius fidem habemus: sic & eius simplicitas tota est Filius, & tota est habens Filium. Non enim est secundum naturam creatam Deus, ut esse & habere ipsum intelligatur in compositione.* Dicitur ergo Filius tota simplicitas; & habens Filium, scilicet Pater, dicitur quoque tota simplicitas; eò quod esse & habere idem sunt. Aliás si Pater haberet veritatem, sed non esset veritas, compositus esset.

Definita autem est hæc veritas cap. Firmiter, de summa Trinitate, ibi enim docemur substantiam divinam esse omnino simplicem; quod autem omnibus modis simplex est, nulla ratione est cōpositum, sive cum singulis personis, sive cum omnibus comparetur. Et idcirco iure quidem optimo, illa sententia, Trinitas nō stat cū summa simplicitate, dāatur art. 2. Parisiensi, qui habetur tom. 14. Bibliot. Et hac in re omnes Doctores conueniunt.

### CAPUT XLIII.

#### Argumenta refelluntur.

**C**ontra ea, quæ sunt cap. superiori definita, quod Deitas nō sit res distincta à tribus personis, probature ex Symbole, *Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem*; si enim dicas, non interiecit

A virgula, *Credo in unum Deum Patrem*, Filius Deus nō erit, quia nō est ille unus Deus Pater. Si vero diuidas sensum, apposita virgula, *Credo in unum Deum, Patrem, &c.* iam diuidis Deū à Patre vt rē distinctam. Et est argumentum Transylvanianorum hæreticorū, qui aiunt nos virgulam subdere, ne unum Deum Patrem, dicamus, Filium excludentes; sed unum Deum, virgula apposita; tunc deinde, Patrem, &c. & ideo incidere nos in cū errorem, vt Deum à Patre diuidamus.

Et cōfirmatur ex S. August. 7. de Trinit. cap. 1. *Deus non est eo Pater, quo est Filius.* Confirm. ex S. August.

B At vero cap. 4. sic ait, *Deus eo est sapiens, quo Deus.* Nam in loco posteriori docet sapientiam non distinguere à Deo. In priori vero loco afferit Patrem à Deitate distinguere.

C Secundò, Nos concedimus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritū Sanctum; & item concedimus unum Deum esse in tribus personis; rogant ergo quis Deus in illis tribus sit? Anne Deus Pater, an Deus Filius, an Deus Spiritus Sanctus? Nullus enim istorum est in tribus; ergo vel nullus Deus est in tribus personis, vel est Deus alius distinctus à tribus, qui sit in tribus communiter.

D Tertiò, Deitas non est Pater, quia (vt Tertium: confitemur) Deitas non generat; neque est Filius, quia non generatur; neque est Spiritus Sanctus, quia non procedit; ergo res est quarta distincta à tribus. Et cōfirmatur, quia essentia est fons & realē principium, unde personæ procedunt; ergo est distincta saltēm à procedentiis, scilicet à Filio, & Spiritu Sancto, vt distinguitur fons à riualis. Hæc quidem Transylvani, sed maioribus argumentis nos vtimur.

E Quartò igitur arguitur. Una & eadem res non potest esse unum & plura, quæ sunt omnino opposita, sed essentia est una, personæ plures; ergo essentia, & personæ non est una omnino res.

F Quintò, Si Pater, & essentia esset una simul & eadem res, liceret contradicentia affirmare, quod sic ostenditur: nam essentia est Filius, Pater vero non est Filius; igitur verū est dicere, hæc res est Filius, designando essentiam Patris; & hæc res non est Filius, designando ipsum Patrem; designatur una & eadem res nomine eodem, hæc res, scilicet essentia, & Pater: ergo contradictoria ostenduntur vera:

Transylvani  
hæretici.

Confirm.

vera; quod cum sit impossibile, necesse est ut essentia à Patre sit aliqualiter distincta, & ita erit res quarta à singulis personis distincta. Et confirmatur, quoniam videtur impossibile, quod in una & eadem re omnino una & simplici, v.g. in Patre, sit res quædam, quæ est in Filio, scilicet essentia; & res quædam, quæ non est in Filio, scilicet Paternitas, & non sint res duæ, sed una res.

Sexto, Persona re ipsa est incommunicabilis, natura verò re ipsa communicabilis; ergo re ipsa distinguuntur persona, & natura. Et confirmatur, quoniam persona Patris communicat naturam, & non personam: vel ergo communicat totam rem, quæ est Pater, vel partem: si totam; ergo personam communicat: si partem scilicet naturam, & non personam; ergo natura à persona distinguitur reali distinctione.

Septimo, Persona, & natura non sunt eadem res adæquate, quia una persona, verbi gratia Pater, est una res duntaxat; natura verò est etiam tres res, quia est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; ergo persona, & natura aliqualiter distinguuntur reali distinctione: hanc enim distinctionem explicamus cum dicimus, hæc res, & hæc res non est eadē omnino res; nam si nō est omnino eadem res, est aliqualiter distincta: sed persona, & natura non est eadem res adæquate; ergo non est eadem res omnino; ergo aliqualiter re ipsa distinguuntur.

Octauo, Relatio cum essentia non efficit compositionem, quia essentia est ad se, relatio ad aliud; ergo in essentia simplicissima potest inueniri res distincta absque compositione: sed diuinæ personæ sunt relationes subsistentes; ergo nihil prohibet dicere personas esse ab essentia re ipsa aliquatenus distinctas sine compositione.

Vltimò etiam probatur quod essentia sit composita; quoniam res una non potest constare ex pluribus, quin ex illis ratione aliqua componatur: vel enim plura conueniunt in uno per accidens, & erit aggregatio rerum, & non res una, sicut quidam heretici dixerunt, tres personas esse Deos tres & unum Deum aggregatione, vt senatus: vel illa plura per se coniunguntur, & ita faciunt per se cōgationem; quicquid enim est unum ex pluribus per se conjunctis, compositum

6.  
Sextum.

Confirm.

7.  
Septimum,8.  
Octauum.9.  
Vltimum.

Heresis quædam, tres personas esse, Deos tres, & unum Deum aggregatione, vt se-

est. Imò S.Thomas 3.p.q.2. artic.4. ait vniuersim compositum esse omne illud vnum in quo plura inueniuntur; sed essentia diuina est una, & inueniuntur in ea tres personæ; ergo est composita.

*Ex S. Tho.  
arguitur.*

*Aduertenda.*

Pro argumentorum solutione obser-  
vandum est, quod in solo Deo repe-  
ritur realis communitas, ita ut natura  
una reali unitate sit communis pluribus  
personis. Vnde à tota nostra Philoso-  
phia non potest sumi exemplum identi-  
tatis essentiæ cù pluribus suppositis, nisi  
fortè hoc vnum, si cōsideremus (quod est  
impossibile) unam humanitatem subsis-  
tentem in tribus suppositis creatis: in quo  
exemplo licet aduertere, quod cum sup-  
positum humanum significet natura, &  
proprietatem, tria illa supposita humana  
significant unam & eandem naturam sub-  
sistente, & tres proprietates naturæ; &  
tam in ipsa supposita singula non essent  
magis distincta ab ipsa natura, quam mo-  
do est distinctum Petri suppositum à na-  
tura Petri: atque adeò videmus, quod  
pluralitas suppositorū non affert maiore-  
rem distinctionem à natura, quam si na-  
tura esset in uno solo supposito. Et idem  
exemplum possumus applicare, si consi-  
deremus (quod possibile est) eandem na-  
turam humanam in tribus personis di-  
uinis, quia per hoc quod esset in tribus,  
non aliter distingueretur à singulis, quā  
modò distinguitur à verbo, in quo solo  
est: sicut ergo natura diuina si esset in so-  
lo uno supposito, nullo modo distingue-  
retur ab illo, vt Philosophia etiam natu-  
ralis agnoscit, propter simplicitatem na-  
turæ diuinæ, in qua omnia sunt vnum;  
ita & quod sit, in uno non, sed in tribus  
suppositis, non facit maiorem distinc-  
tionem naturæ à singulis suppositis. Non  
ergo per hoc quod natura est in pluri-  
bus, colligitur maior aut minor distin-  
cio ipsius naturæ à singulis.

Aduertendū adhuc est, quod cum na-  
tura creata ex complicatione cum sup-  
posito, acquirat modum quendam realē  
entis, quod est subsistere; si esset in pluri-  
bus suppositis, haberet plures modos  
reales similes: quod clarius cernitur in  
natura assumpta à Verbo, quæ per hoc  
quod est in Verbo, habet modum quen-  
dam realem existendi in Verbo; si verò

1. aduertendū.  
In solo Deo  
reperitur rea-  
lis communi-  
tas.  
Tanta est idē-  
titas essentiæ  
diuinæ cù tri-  
bus personis  
quanta esset cù  
una, si in illa  
subsiste-  
ret.  
Declaratur. 1.  
exemplo iun-  
possibili hu-  
manitatis sub-  
sistens in tri-  
bus suppositis  
creatibus.

Declaratur 2.  
exēplo possi-  
bili humanit-  
atis subsistētis  
in tribus per-  
sonis diuinis.

**Humanitas si esset in pluribus personis diuinis, habet in pluribus suppositis diuinis, ita distingueretur à singulis p̄ se, non esset in alijs non esset.**

**Ratio euidēs.** *Humanitas si esset in pluribus personis diuinis, habet in pluribus suppositis diuinis, ita distingueretur à singulis p̄ se, non esset in alijs non esset.* Et ratio est euidens, ac si in alijs quia modus ille quo natura inest, verbi gratia in Verbo, non interuenit inter ipsam naturam, & personam Patris, si natura eadem esset etiam in Patre; & ita modus ille entis quo natura est in Verbo, non distinguit naturā à Patre; neque modus alius quo esset eadem natura in Patre distingueret naturam à Filio, cum non intercederet inter Filium, & naturam, sed inter Patrem, & naturam. Ergo cum natura diuina prēcisē considerata in uno supposito, nullo modo distinguitur ab illo; nec habeat etiā modos illos reales distinctos, ut alio modo sit in Patre, alio in Filio, evidenter colligitur, quod per hoc quod est in pluribus, non est consequēs ut distinguatur à singulis, sed perinde distinguatur à pluribus, & singulis, sicut si esset in uno solo. Nullo ergo modo distinguitur à tribus personis, nisi

**Hoc erat Philosophis ratione obiecta:** sicut Philosophi etiā existimabant Deum esse unum etiam in naturalibꝫ non unitate suppositi, absque illa distinctione à natura; unde dicebant Deum esse ipsam vitam, & sapientiam, ut superius retulimus.

**12.** *Quod verò attinet ad compositionem naturae in pluribus suppositis, ingenuè fatemur eam naturā, quæ est in uno supposito in uno supposito composita, magis esse compositā magis est composita in pluribus; accrescente vide posita in superpositis pluribus; licet compositione: natura enim, quæ est positis pluribus compōsiti, aliquid habet ab illa cōpositione; quare additis suppositis accrescit cōpositio ipsius naturae, dum natura à pluribus suppositis plus accipit, quam ab uno solo. Natura verò divina, quia nullo modo est composita cum uno supposito, neq; cum pluribus potest esse composita; ratio autem ea est, quia cum non magis sit distincta ab omnibus simul quam à singulis; ubi nulla est distinctio, nulla potest esse compositio, ut cap. præcedente eodem argumento common-*

**Ostenditur.**

**13.**

**2. aduert.**

Duplex lectio verborū Sym-

A dhūc sciendū est, quod verba Symboli, *Credo in unum Deum Patrem, duo in unū Deū* bus modis possunt exponi, altero sine Patre, &c. interiectione virgulæ, ut modò scripsi-

**A** mus. Nos enim credimus unum Deum esse Patrem, & eundem esse Filium: neq; est aliquid cauendum in his verbis, etiā si coniunctim diceremus, Credo in unū Deum Patrem, & Filium, & Spiritū Sanctum; nam sensus est, in unum Deum, qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. In Symbolo verò dicitur non coniunctim, unum Deum Patrem, & Filium,

**Prima lectio**  
**minum Iesum, &c.** Et hæc lectio est germana, est mana absque virgula interposita; & ita absq; evirgula legitur in Symbolis correctis: & ita S. interiecta in Irenæus libr. i. cap. 2. S. Iustinus cathe-

**B** cismo 7. & S. Ruffinus in explicatione *Symboli.* Altero modo possunt verba explicari apposita virgula, *Credo in unū Deum, Patrem Omnipotentem*; ita vt prius proferatur fides de unitate Deitatis, & deinde sequatur confessio personalis: & hac distinctione vtitur Ecclesia in Cantu solemnī, quoniā sacerdos elata

**S. Iren.**  
**S. Iustin.**  
**S. Ruffinus.**  
**Altera cū virgule distinctione.**

voce decantat, *Credo in unum Deum, & Hac vtitur Ecclesia in cantu sequitur chorus, Patrem Omnipotentem, intercisa sententia. Sed cum vterq; modus explicandi catholicus sit, & verissi-*

**C** mus, non est quod hæretici nobis obijciant, quasi virgulam interponamus ad effugiendum argumentum, ne Pater dicatur unus Deus, cum potius firmiter credamus Patrem esse unum Deum.

**Vltimò aduertendum est, quosdā argumento septimo implicatos, licet Catholicè fateātur naturā nō distingui vlo modo re ipsa à persona, concedere tamē non esse adæquate idem cū singulis personis; quia videlicet natura diuina est Filius, qui non est Pater; ergo natura diuina est aliquid amplius quam Pater, scilicet est Filius. Nam esse Filium aliquid est, & non est esse Patrem.**

**Aliqui concidunt Deitatē non esse adæquate idem cū singulis perso-**

**D** *Sed commemorādum est ex Aristot. 5. Metaphys. tex. 15, quod non identitas facit necessariò multitudinem. Nam idē est illud quod non distinguitur à se ipso; & illud quod à se ipso non distinguitur, unum est: quare negatio identitatis inducit negationem vnius, & affert multitudinem, & distinctionem. Vbi ergo est non identitas, est distinctio, ut iam ante probauimus contra Ioānem Scotū.*

*Dicendum ergo quod essentia omnino est idem cum Patre, & omnino etiam est idem cū Filio; & quod est aliquid quod non est Pater: sive potius est aliquis, & Filiū qui qui non est Pater, quia genus neutrum non est Pater, refert*

**14.**  
**Vltimum aduert.**

**Aliqui concidunt Deitatē non esse adæquate idem cū singulis perso-**

**15.**  
**Aristot.**

**Ex affirmatio**  
**ne identitatis inter Deitatē,**  
**refert**

non sequitur refert naturam, masculum personam, ut negatio identi- libr.5.dicemus. Sed indè non colligitur tatis inter Dei non identitas; quia ab affirmatione non

